tuli: operulas etiam quas adhuc uegetus: saccariam faciens merebam: quod me ad istã faciem quam paulo ante uidisti: bona uxor & mala fortuna perduxit. V. Pol quidem tu dignus inquam es extrema sustinere: si quid est tamen nouissimo extremius: qui uoluptatem ueneriam: & scortum scorteum lari & liberis prętulisti. C. At ille digitum a pollice proximum: ori suo admouens: & in stuporem attonitus: tace tace inquit: & circunspiciens tutamenta sermonis: parce inquit in fœminam diuinam: nequam tibi lingua intemperante noxam contra has. V. A in tandem inquam potens illa: & regina cauponas: quid mulieris est? Saga inquit & diuini potens: cęlum deponere: terram suspendere: fontes durare: montes diluere: manes subliare: deos infirmare: sidera extinguere: tartarum ipsum illuminare. Oro te inquã: & oro te inquã: auleum tragicum dimoueto: & siparium sęrnicũ complicato: & cedo uerbis cõmunibus: Vis inquit unũ uel alterum? imo plurima eius audire facta? nam ut se ament efflictim: non modo incolę: uerum ętiam Indi: uel ęthiopes utriq; uel ipsi Antichthones: folia sunt artis: & nugæ merę: sed quod in conspectu plurium perpetrauit audi. C. Amatorem suum quod in aliam temerasset: unico uerbo mutauit in feram castorem: quod ea bestia captiuitati metuens: se ab insequentibus repręcisione genitalium liberat ut illi quoq; simile: quod Venerem habuit in aliam proueniret. Cauponẽ quoq; uicinum: atq; ob id ęmulũ deformauit in ranam: & nunc senex ille dolium innatans uini sui: aduentores pristinos ifęce submissus officiosis roncis raucus appellat. V. Alium de foro quidem: quod aduersus eam locutus esset: in arietem deformauit: & nunc aries ille causas agit. Eadem amatoris sui uxorem: qđ in eam dicacule probrum dixerat: iam in sarcinã pręgnationis obsecto utero: & repugnato fœtu: perpetua pręgnatione damnauit. Et ut cuncti numerant octo annos; onere misella illa: uelut elephantum paritura distenditur. C. Quæ cum subide: ac multitudine rerentur: publicitus indignatio percrebuit: statutũq; est: ut in cã die altera seueriſſime saxorum iaculationibus uindicaretur. Quod consilium uirtutibus cantionum anteuertit: & ut illa Medea unius dieculę Creonte impetratis induciis: totã eius domum: filiamq; cum ipso sene flammis coronalibus deusserat: sic hæc deuotionibus sepulchralibus in scrobem procuratis: ut mihi temulenta narrauit: proxime cunctos: in suis sibi domibus tanta numinum uiolentia clausit: ut toto biduo: non claustra perfringi: non fores euelli: nõ deniq; parietes ipsi quiuerint perforari: quoad mutua hortatione consone clamitarent: quã sanctissime deierantes sese neq; ei manus admoliturosː & si qui aliud cogitarint: salutare laturos subsidium: & sic illa propiciata: totam ciuitatẽ absoluit At uero cœtus illius auctorem nocte ĩtempesta: cũ tota domo ideſt parietibus & ipso solo: & omni fundamento: ut erat clausa: ad centesimum lapidem in aliã ciuitatem sũmo uertice montis exasperati sitam: & ob id ad aquas sterilem transtulit. Et quoniã dẽsa inhabitantium ædificia locũ nouo hospiti non dabant: ante portam proiecta domo discẽdit. V. Mira inquã nec min9 sæua mi Socrates memoras. deniq; mihi quoq; nõ parua incussisti solicitudinẽ: ĩmo uero formidinẽ iniecto non scrupulo sed lancea nequo numinis ministerio similiter: usa sermones istos nostros anus illa cognoscat. Itaq; maturius quieti nos reponamus: & somno leuata lassitudine noctis: ante lucem aufugiamus istinc q̃ putas longissime. Hęc adhuc me suadẽte: insolita uinolentia: ac diuturna fatigatione ptẽtatus bonus Socrates iã sopitus stertebat altius. Ego uero aducta fossa: pessulisq; firmatis: grabattulo etiã pone cardine suppositoː & probe adgesto: super eũ me recipio. A cprimũ prę metu aliquantisper uigilo deinde circa tertiam ferme uigiliã pau

lulum conniueo: cõmodum quieueram: & repente in pulsu maiore: q̃ ut latrones crede
res: ianuæ reserantur: imo uero fractis & euulsis funditus cardinibus prosternuntur.
grabattus alioquin breuiculus: & uno pede mutilus ac putris: impetus tanti uiolentia
posternitur: me quoq; euolutum: & excussum humi recidens in inuersum coopit ac te-
git. Tũc ego sensi naturaliter quosdam affectus in contrarium prouenire. nam ut la-
chrymæ sæpicule de gaudio prodeunt: ita & in illo nimio pauore: risum nequiui conti
nere: de Aristomene testudo factus. Ac dũ infimũ deiectus obliquo aspectu: quid rei
fit grabattuli sollertia munitus opperior: uideo mulieres duas altioris ætatis: lucernã
lucidam gerebat una: spongiam & nudum gladium altera. Hoc habitu Socratẽ bene
quietum circunstetere: Infit illa cum gladio: hic est soror Panthia: carus Endosmion:
hic calamitus meus: qui diebus ac noctibus illusit ætatulam meam: hic qui meis amo-
ribus subterhabitis: non solum me diffamat probris: uerum fugam instruit. At ego. s.
Vlyxi astu deserta sum: & Calypsonis æternam solitudinem: & porrecta dextera:
meq; Panthiæ suæ demonstrato. At hic inquit bonus consiliator Aristomenes:
qui fugę huius autor fuit: & nunc morti proximus: iam humi prostratus grabattu-
lo succubans iacet: & hic omnia conspexit impune se relaturum meas contumelias pu
tat: faxo eum sero: immo uero iam nunc: ut & præcedentis dicacitatis: & instantis cu-
riositatis pœniteat. Hæc ego ut accepi sudore frigido miser pfluo: tremore uiscera qua
bac- tior: succussusq; sum adeo: ut grabattulus etiam inquietus super dorsum meum palpi
chati tando saltaret. At bona Panthia quin igitur inquit soror hunc primum bacchatim di
me scerpimus: uel membris eius destinatis: uirilia desecamus. Ad hæc Meroe: sic enĩ re
roe ab se nomen eius: quam fabulis Socratis conuenire sentiebam: imo ait superfit hic sal-
tem: quin misselli huius corpus: parua contumulet humo: & capite Socratis ĩ alterum
dimoto latus: per iugulum sinistrum: capulotenus gladium totum ei demergit: & san
guinis eruptionem uterculo admoto excipit diligenter: ut nulla stilla cõpareret usquã:
hæc ego meis oculis aspexi: nã etiã: ne quid demutaret credo a uictimę religione: ĩmissa
dextera per uulnus illud ad uiscera penitus: cor miseri contubernalis meĩ Meroe bona
serutata protulit: cũ ille ĩpetu teli præsecata gula uocem: imo stridorem incertum per
uulnus effunderet: & spiritum rebuliret. Quod uulnus: qua maxĩe patebat: spongia ef
uaricus fulciens Panthia: heus tu inquit spongia caue in mari nata: per flumen ne transeas: his
æditis ab una: remoto grabattulo: uaricus super faciem meam residentes: uesicã exone
rant: quoad me urinæ spurcissimæ madore perluerẽt. Cõmodum limen euaserãt: & fo
res ad pristinum statum integræ resurgunt: cardines ad foramina residunt: postes ad re
pagula redeunt. ad claustra pessuli recurrunt. At ego ut eram etiam nunc humi proie-
ctus inanimis: nud9: & frigid9: & lotio perlitus: quasi recens utero matris æditus imo
uero semimortuus: uerumetiã ipse mihi supuiuens: & Postumus: uel certe distinatę iã
cruci candidatus: quid inq̃ de me fiet: ubi iste iugulat9 mane paruerit? Cui uidebor ue
suppe risimilia dicere pferens uera: pro clamares saltem suppetiatũ: si resistere uir tantus mu
tiatũ lieri nequibas: sub oculis tuis homo iugulatus: & siles? cur autẽ te simile latrociniũ nõ
ante- pemit? Cur sæua crudelitas: uel pp ĩdiciũ sceleris arbitro pepcit? Ergo quoniã euasisti
lucu- mortẽ: Nũc illo redi. Hæc identidẽ mecũ replicabã: & noxibat ĩ diẽ: optimũ itaq; fa-
lo ctu uisũ ẽ: ante luculo furtim euadere: & uiam licet trepido uestigio capssere: sũmo
ante- sarcinulam meã subdita claui pessulos reduco. At ille probe & fideles ianuæ: quę sua
lucio sponte deseratæ nocte fuerant: uix tandẽ: & egerrime tunc clauis suæ crebra ĩmissione

patefiũt. Et heus tu inq̃ ubi es? ualuas ſtabuli abſoluq: antelucio uolo ire. Ianitor po ne ſtabuli hoſtium: humi cubitans & iam nunc ſemiſomnus: quid tu inquit: ignoras latronibus infeſtari uias? qui hoc noctis inter incipis? Hem: & ſi tu alicuius facinoris tibi cõſcius ſcilicet mori cupis: nos cucurbitę caput nõ habemus ut pro te moriamur non lõge inq̃ lux ab eſt. Sed & præterea quia uiatori de ſũma paupie latrões auferre poſ ſunt? An ignoras inepte: nudũ neca. x. paleſtritis te ſpoliari poſſe. Ad hæc ille marci dus & ſemiſopitus: in alterę latus euolutus: unde autẽ inquit ſcio: an cõuectere illo tuo cum quo ſero deuertera: iugulato: fuge mandes pręſidiũ. Illud horę memini me terra dehiſcẽte: ima tartara: inq; his canẽ cerberę: prorſus eſurientẽ mei proſpexiſſe: ac recor dabar profecto bonã Meroẽ nõ miſericordia: iugulo meo pepciſſe: ſed ſeuicia cruci me ſeruaſſe. In cuniculũ itaq; reuerſus: de genere tumultuario mortis mecum deliberabã. exan-
Sed cum nullũ aliud telũ mortifer̃ fortuna: q̃ ſolũ mihi grabattulũ ſubminiſtraret. Iã clare
iã grabattulę inq̃ aio meo cariſſime: qui mecũ tot erũnas exanclaſti: conſcius & arbiter quę nocte geſta ſũt: qrẽ ſolũ in meo reatu teſtẽ inocentię citare poſſũ: tu mihi ad iferos feſtinati: ſubmiuiſtra telũ ſalutare. Et cũ dicto reſtim qua erat in textus: aggredior ex pedire: ac tigillo quod feneſtrę ſubditum altrinſecus prominebat. Iniecta atq; obdita parte funiculi: & altera firmiter in nodum coacta: ãſcẽſo grabattulo: ad exitiũ ſublima tus: & miſſo capite laqueum induo. Sed dũ pede altero: fulcimentũ quo fuſtinebar re pello: ut ponderis deductu reſtis ad ingluuiẽ adſtricta: ſpirit9 officia diſcluderet repẽ te putris alioqnin: & uetus funis diſrumpitur. Atq; ego de alto recidẽs: Socratẽ: nam iuxta me iacebat ſuper ruo. cũq; eo in terrã deuoluor: & ecce in ipſo momẽto ianitor in trorupit: exerte clamitans. Vbi es tu qui alta nocte ĩmodice feſtinabas: & nunc ſtratis inuolutus? Ad hęc neſcio: an caſu noſtro: an illius abſono clamore: experrectus So crates exurgit prior. Et ue inquit ĩmerito ſtabularios hos oẽs hoſpites deteſtantur. Nã iſte curioſus dum iportune irrũpit: credo ſtudio rapiendi aliquid: clamore uaſto: mar cidus alioquin me altiſſimo ſomno excuſſit. Emergo lætus atque alacer: iſperato gau dio pfuſus: & ecce ianitor fideliſſime: comes & pater meus & frater meus: quẽ nocte e brius occiſum a me calũniabaris: & cũ dicto Socratẽ deoſculabar amplexus. At ille o dore alioquin ſpurciſſimi humoris pcuſſus: quo me lamię illæ infecerãt: uehemẽter aſ pernatur. Apagete inquit fœtorem extremę latrinę: & cauſas cœpit hui9 odoris comi ter inquirere. At ego mire adficto ex tempore: abſurdo loco: in aliũ ſermonẽ intetio- diruo
nem eius denuo diriuo. & iniecta dextra quin imus inq̃: & itineris matutini gratiam ca pim? ſummo ſarcinulã: & pretio mãſionis ſtabulario perſoluto capeſſimus uiã. Ali quantũ proceſſeramus: & iã iubaris exortu cuncta colluſtrãtur: & ego curioſe ſedulo arbitrabar iugulum comitis: qua parte gladiũ delapſum uideram: & mecũ ueſane ani mo quin poculis & uiuo ſepultus: extrema ſomniaſti: ecce Socrates integer: ſanus ico lumio: ubi uulnus? ſpongia ubi? poſtremo cicatrix: tã recens? & ad illũ. Ne ĩmerito in quã medici fidi cibo & crapula diſtentos: fæua p grauia ſomniare autumnãt: mihi de niq; q; poculis ueſperi minus tẽperaui: nox acerba diras & truces imagines obtulit: ut adhuc me credã cruore humano aſperſũ. atq; ĩpiatũ. Ad hęc ille ſubridens: At tu in quit nõ ſanguine: ſed locio pfuſus es: uerumtamẽ & ipſe p ſomnũ iugulari uiſus ſũ ni hil nam & iugulum iſtum dolui & cor ipſum mihi auelli putaui & nunc etiam ſpiritu deficior & genua quatior & gradu titubo & aliquid cibatus refouendo ſpiritu deſidero Et inquã paratũ tibi adeſt ientaculũ & cum dicto mantica mea humero exuo Caſeum

cū pāe ꝑpere ei porrigo: & iuxta platanū istā resīdam⁹ aio: quo facto: & ipse aliqd īdi dem sūmo: Eūq; auide esitantē aspitiēs: aliquāto īteriore macie: atq; pallore buxeo de ficientē uideo. Sic deniq; eū uitalis color turbauerat: ut mihi prę metu: nocturnas ēt fu rias illas imaginanti: frustulū panis: q; primū sumpserā: q̄uis admodū modicū: medi is faucibus inhęreret: ac neq; deorsū demeare: neq; sursū remeaꝝ posset. Nā & breuitas ipsa cōmeantiū: metum mihi cumulabat. Quis enī de duobus comitū: alterę; sine al terius noxa peremptū crederet? Verę; ille ut satis detruncauerat cibū sitire īpatienter cœ perat. Nā & optimi casei bonā ptē uide deuorauerat: & haudita longe radices plata ni leuis fluuius in spēm placidę paludis ignauius ibat. Argēto uel uitro æmolus inco lorem. En inq̄ explere latice fōtis lacteo. Adsurgit: & oppertus paululū: planiorē ripę marginē cōplicitus in genua adpronat se auid⁹ adfectās poculū: necdū satis extremis labiis sūmum aquę roreē attigerat: & iugulo eius uulnus dehiscit in profundū patorem & illa spōgia repēte de eo deuoluitur: eāq; paru⁹ admodū comitatur cruor. deniq; cor pus exanimatū īflumē pene corruerat: nisi altero ego eius pede retento: uix & egrę ad ripā supiorem attraxi. Vbi defletum pro tpe comitē misellum arenose humo: i amnis uicinia sempiterna cōtexi. Ipse trepidus & eximie metuens mihi: per diuersas & auias solitudines aufugi. Et quasi cōscius mihi cædis humanę: relicta patria & lare: ultroneū exilium amplexus: nunc Aetoliā: nouo cōtracto matrimonio: colo. Hæc Aristome nes: at ille comes eius: qui statī initio: obstinata incredulitate sermonē eius respuebat. Nihil īquit hac fabula fabulosius: nihil isto mēdacio absurdius: & ad me cōuersus. Tu autem īquit uir: ut habitus & habitudo demōstrat ornatus accedis huic fabnlę? Ego uero inq̄ nihil īpossibile arbitror. sed utrunq; fata decreuerint: ita cūcta mortalib⁹ pro uenire. Nā & mihi & tibi & cunctis hoibus multa usu euenire mira & pene īfecta: quæ tamē ignaro relata fidē pdant. Sed ego huic & credo hercules & gratas gratias memi ni: q; lepidę fabulę festiuitate nos auocauit: asperā deniq; ac prolixā uiam sine labore & tædio euasi: Quod beneficiū ēt illū uectorē meū credo lætari: sine fatigatione sui: me usq; ad istā ciuitatis portā: nō dorso illius: sed meis auribus prouecto. Is finis nobis & sermōis & itineris cōmunis fuit. Nā comites utriq; ad uillulas ꝓximas leuorsū abiere: Ego uero q; primū īgressu stabulū cōspicatus sum: accessi. & de quadā anu cauponarili co pcontor. est ne inq̄ Hypata hęc ciuitas? Annuit. Nosti ne Milonē quendā epriori bus? Arrisit. Et uere inquit primus istic perhibetur Milio: qui extra pomeriū & urbem totā colit. Remoto inq̄ ioco parens optima. dic oro & cuiatis sit: & quib⁹ diuersetur æ dibus? Vides ne īquit extremas fenestras: quę foris urbē prospiciunt: & altrinsecus fo res proximū respicientes angi portū: inibi iste Milo diuersatur: amplitet nūmatus: & longe opulentus: ueꝝ extremę auaritie: & sordis īfimę: īfamis homo: fœnus deniquæ copiosum sub arrabone auri & argenti crebriter exercens: exiguo lare iclusus: & erugi ni semper intentus: cū uxore etiā calamitatis suę comite habitat. Neq; prēter unicā pa scit ancillulā: & habitu mendicantis semper īcedit. Ad hæc ego risu subiicio: benigne inq̄ & prospicue Demeas meus i me cōsuluit: qui peregrinaturꝝ tali uiro cōciliauit: i cu ius hospitio nec fumi nec nidoris nebulā uererer. & cū dicto modico secus progressus hostiū accedo: & ianuā firmitet opessulatā pulsare uocaliter īcipio. Tandem adolescē tula quædā procedens. Heus tu īquit: qui tam firmiter fores uerberasti: sub qua specie mutuari cupis? An tu solus ignoras prēter auꝝ argentūq; nullū nos pign⁹ admittere? Meliora inq̄ omiare: & potius respōde: an itra ędes heꝝ tuū offēderi? Plāe īquit: sed q

ad prōat patorem

Milo

opessulatā ianua

cauſa quęſtiõis huius. Litteras ei a corynthio Demea ſcriptas ad eũ reddo. Dũ annuntio inqt: hec ibidẽ opiminor. Et cum dicto rurſum foribus opeſſulatis intro: capeſſit: modico deide regreſſa: patefactis ædibus. Rogat te inquit intuli me: eumq; accubãtẽ: exiguo admodũ grabattulo: & cõmodũ cœnare ictpientẽ iuenio: aſſidebat pedes uxor: & menſa uacua poſita: cuius mõſtratu. En iquit hoſpitiũ. Bene ego: & illico eis litteras Demeę trado: Quibus preſpiter lectis: amo inqt meum Demæã: qui mihi tãtũ cõciliauit hoſpitem. Et tum dicto: iubet uxorẽ decedere. Vtq; in eius locum aſſideã: iubet meq; eã nunc uerecundia cõtantẽ: abrepta lacinia detrahens: adſide inquit iſtic. Nã præ metu latronum: nulla eſt fibula an ne ſufficiẽtem ſupelectilẽ parare nobis licet: ecci Et ſic: Ego te iqit etiã ne iſta torporis ſpecioſa: hitndie deq; hac uirginali prorſus uerecũdia: generoſa ſtirpe proditũ: & recte cõuiicerẽ Sed & meę Demeas eadẽ litteris pronuntiat: ergo breuitatem grurguſtioli noſtri ne ſpernas peto: erit tibi adiacens: & ecce illud cubiculum: hõeſtum receptaculum: fac libenter diuerſeris i noſtro Nã & maiorem domum dignatõe tua feceris: & tibi ſpecimẽ glorioſum arrogaris: ſis cõtentus lare paruulo: Teſei illius cognominis patris tui uirtutes æmulaueris: qui nõ eſt aſpernatus Hecales anus hoſpitium tenue. At uocata ancillula. Fortis iuquit larcinulas hoſpitis ſuſceptas cum fide conde in illud cubiculũ. Ac ſimul ex promptuario oleũ unctui: & lintea terſui: & cætera hæc eidẽ uſui profer ociter. Et hoſpitẽ meũ produc ad proxias balneas: ſatis arduo itinere: atq; prolixo fatigatus eſt. His ego auditis: mores: atq; pſimoniã ratiocinans Milonis uolenſq; me artius ei conciliare. Nihil inq; rerum iſtarũ: quæ itineris ubiq; nos comitantur. indigemus. Sed & balneas facile pcontabimur: Plane quod eſt mihi ſũme principiũ equo qui me ſtrennue peruexit: fenũ atq; ordeũ: acceptis iſtis numulis tu Fortis emito. His actis: & rebus meis in illo cubiculo conditis: pergens ipſe ad balneas: ut prius aliquid nobis cibatui proficerẽ: forũ cupedinis peto. Inq; eo piſcatum opiparẽ expoſitum uideo: & percõtato precio: quod centum nummis idicaret aſpernatus: xx. denarios perſtinaui. Inde me cõmodum egredientẽ: continuatur Pythias cõdiſcipulus apud athenas athicas meus: qui me poſt aliquantulum multam tpis amanter agnitum iuadit amplexuſq; ac comiter deoſculatus. Mi Luci ait ſat pol diu eſt: quod iteruiſimus te. At Hercules exinde e Vaſtio magiſtro digreſſi ſumus. Quæ autem tibi cauſa peregrinationis huius. Craſtino die ſeies inquam ſed quid iſtud uoti. gaudeo. nã & lixas & uirgas: & habitum prorſus magiſtratui cõgruentem i te uideo. Annouã curamus ait: & ædilem herimus: & ſiquit abſonare cupis: utiq; cõmodabimus. Abnuebã: quippe qui iã cœnę affatim piſcatum proſpexeramus. Sed. n. Pithias uiſa ſportula: ſuccuſſiſq; i aſpectum planiorẽ piſcibus. At has quiſquilias q̃tũ paraſti. Vix inq̃ piſcatori extorſimus accipe. xx. denarios. Quo audito: ſtati adrepta dextra poſtliminio me in foꝝ cupedinis reducens. Et a quo inquit iſtoꝝ migamẽta hęc cõparaſti. Demonſtro ſeniculum: i angulo ſedebat. Quem cõfeſtum pro ędilitatis ipe rio uoce aſperima increpãs. Iam iam inquit nec amicis quidẽ noſtris: uel oino ullis hoſpitibus parcitis. Quid tã magnis preciis piſces friuolos idicatis. & florẽ Theſſaliæ regionis inſtar ſolitudinis: & ſcopuli ædilium caritate deducitis. ſed non mpune. iam enim faxo ſcias: quemadmodum ſub meo magiſterio mali debeant coerceri: & profuſã in mediũ ſportula: iubet officialẽ ſuũ iſuper piſces inſcẽdere: ac pedib9 ſuis totos obterere: q̃ cõtẽtus moꝝ ſeueritndie: mens Pythias: ac mihi ut abirẽ ſuadens: Sufficit mihi o luci iqt ſẽiculi tãta hęc cõtũelia. His actis cõſternat9 ac prſus obſtupid9 ad balne

oppe
timi
nor

hecale anꝰ
prom
ptua
rio

forũ
cupe
dinis
piſca
tum
opipa
rem
perſti
naui
inter
uiſo
miga
men
ta

as me refero: prudẽtis cõdiſcipuli ualido conſilio. & nũmis ſimul priuatis & cœna: lau tuſq; ad hoſpitium Milonis: ac dehinc cubiculum me reporto. Et ecce Fotis ancilla: rogaret inquit hoſpes. At ego iam inde Milonis abſtinentiæ cognitor: excuſaui comi ter. quod uiæ uexationem non cibo: ſed ſomno cenſerem diluendam. Iſto accepto per git ipſe: et iniecta dextra clementer me trahere adoritur. Ac dum contor: dum modeſte renitor. Non prius inquit diſcedam q̃ me ſequaris. Et dictum iurciurando ſecutus iam obſtinationis ſuæ: me ingratis obedientem perducit ad illum ſuum grabattulatum: & reſidẽti: q̃ ſalue agit inquit Demas noſter: quid uxor: quid liberi: quid uenaculi? Narro ſingula: percunctatur accuratius cauſas etiam pegrinationis meę: quas ubi probe p tuli: iam & de patria noſtra & eius primoribus: ac deniq; de ipſo præſide ſcrupuloſiſſi me explorans: ubi me poſt itineris tam ſæui uexationem ſentit: fabularum quoq; ſerie fatigatum in uerba media ſomno lentũ deſinere: ac me quicq̃ defectum iam incerta uer borum ſalebra balbutire: tandem patitur cubitum concederem. Euaſi aliquando ran cidi ſenis loquax & famelicum conuiuium ſomno non cibo grauatus: cœnatus ſolis fa bulis: & in cubiculum reuerſus: optatæ me quieti reddidi.

EIVSDEM LIBER SECVNDVS DE ASINO AVREO

Cãta mina

T primum nocte diſcuſſa: ſol nouus diem fecit: & ſomno ſimul emerſus: & lectulo: anxius alioquin & nimis cupidus cognoſcen di. quæ rara miraq; ſunt. reputanſq; me media Theſſaliæ loca te nere quo artis magicæ natiua cantamina totius orbis cõſono ore cælebrantur. fabulamq; illã optimi comitis Ariſtomenis: de ſitu Ciuitatis hui⁹ exortam: ſuſpenſus alioquin: & uoto ſimul: & ſtu dio: curioſe ſingula conſiderabam. Nec fuit in illa ciuitate: quod aſpiciens: id eſſe crederem. qđ eſſet: ſed oĩa prorſus ferali murmure in aliam effigiẽ tranſ lata: ut & lapides: quos offenderẽ: de hoie duratos: & aues: quas audirẽ: indidem plu matas: & arbores quæ pomerium abirent: foliatas ſimiliter. & fontanos latices de cor poribus hũanis fluxos crederem: Iam ſtatuas & imagines inceſſuras: pietes locuturos boues & id genus pecua dictura præſagium: de ipſo uero cælo: & iubaris orbe. ſubito uenturũ oraculũ. Sic attonitus. imouero cruciabili deſiderio ſtupidus: nullo quidem initio. uel omnino ueſtigio: cupidinis meæ repto: cuncta circuibam: tamen dũ in luxu nepotali ſimul hoſtiatim ſingula perro: repente me neſcius forum cupedinis intuli. Et ecce mulierem quãpiam frequenti ſtipatam famulatione: ibidem gradientem. ad cele rato ueſtigio. cõprehendo. Aurũ in gẽmis: & in tunicis ibi inflexum: hic intextum ma tronam profecto confitebatur: huius adhærebat lateri ſenex: iã grauis in annis: qui ut primũ me cõſpexit. Eſt inqt Hercules hic Lucius: & offert oſculũ: & ſtatĩ incertũ quid ĩ aurẽ mulieris obgãnit. Quin inqt ẽt uel ipſã parẽtẽ tuã accedis: & ſalutas? Vereor ĩ q̃ ignotę mihi fœmiæ: & ſtatĩ rubore ſuffuſus: reiecto capite reſiſti: at illa obtutũ in me cõuerſa. Et inqt ſãctiſſimę Saluię matris generoſa probitas: ſed & cætera corporis ex ęq̃biliter ad regulã: q̃ diligẽter alqd adfigũt: ſũt cõgruẽtia. Inenormis ſucculẽta proce ritas: gracilitas: rubor tpatus: flauũ & inaffectatũ capillicium: oculi ceſii qdem: ſed ui giles & in aſpectus micantes prorſus aquilonis: quoquouerſum floridus: ſpecioſus & immediatus inceſſus: & adiecit. Ego te o lucis meis iſtis manibus educaui: quidni parentis tuę: non modo ſangũinis: uerum alimoniarum etiam ſotia. Nam & familia Plutarchi ambæ prognatæ ſumus: & eandem nutricem ſimul bibimus: & innexu ger

Folia te ar bores

Fonta ni lati ces

nepo talis luxus

trimu latio

obgã nit

Exeq̃ biliter

ſuccu lenta proce ritas

Capil liciũ

manitatis una colauimus: nec aliud nos q̃ dignitas discernit q̃d clarissimas illa: ego pri uatas nuptias fecerimus. Ego sum byrrhena illa cuius forte sæpicule nomen iter tuos frequẽtatũ educatores retines. Accede itaq; hospitũ fiducia ĩmo uero iã tuum ꝓprium larem. At hæc ego iã sermõis ipsius mora rubore digesto: Absit inquã parens ut Milonẽ hospitem sine una querela deserã. Sed plane q̃d officiis integris potest effici curabo sedulo: quotiẽs itineris huius ratio nascetur nunquã erit: ut nõ te deuortar. Dum hunc & huismõi sermonẽ altercamur: paucis admodum confectis passibus: ad domum byrrhenæ puenimus. Atria longe pulcherrima columis quadrifariã: ꝑ singulos angulos stãtibus attolebant statuas palmaris deæ: Facies quæq; primis explicitis sine gressu pi læ uolubilis: instabile uestigium plantis roscidis decitantes nec ut maneãt ĩhærent: & iã uolare creduntur: econtra lapis parius in Dianam factus: tenet libratam totius loci medietatem: signum perfecte luculentum: uestereflatum ꝓcursu uegetum: ĩtro euntibus obuium: & maiestate numinis uenerabile: canes utrinq; secus deæ latera muniunt qui canes & ipsi lapis erant. His oculis minantur: aures rigent: nares hiant: ora sæuiunt: & sicunde de proximo latratus ingruerit: eum putabis de faucibus lapidis exire: & in quo summum specimen operefabrilis egregius ille signifer prodidit: sublatis canibus ĩpetus arduus. pedes imi resistunt: currunt priores. Pone tergum deæ: saxum in surgit ĩ speluncæ modum muscis & herbis & foliis et uirgulis: & sic ubi pãpinis & arbusculis: alibi de lapide florentibus: splendor intus umbra signi: de nitore lapidis: sub extrema saxi margine: poma & uuæ faberrime politæ depẽdent: q̃s ars æmula naturæ: ueritati similes explicuit. Putes ad cibum inde quædã cum mustulentus auctunnus maturum colorem afflauerit posse decerpi: & si fontes qui Deæ uestigio discurrentes in lenem uibrantur undam: pronus aspexeris: credes illos ut rure pendentes racemos inter cætera ueritatis: nec agitationis officio carere: Inter medias frondes lapidis Acteõ simulachrum: curioso obtutũ in dorsum proiectus: iam in ceruum ferimus: & in saxo simul: & in fonte loturam: Dianam opperiens uisitur. Dum hæc identidem rimabundus eximiæ delector: tua sunt inquit Pyrrhena cuncta: quæ uides. Et cum dicto cæteros omnes: sermone secreto decedere præcepit: Quibus dispulsis omnibus: Per hãc inquit deam o Luci carissime ut anxiæ tibi metuo: & utpote pignori meo longe prouisum cupio. Caue tibi: sed caue fortiter a malis artibus: & facinorosis illecebris Pãphiles ilius: quę cum milone isto: quem dicis hospitem: nupta est Maga primi hominis: & omnis carminis sepulchralis magistra creditur: quæ furculis: & lapillis: & id genus friuolis inhalatis omnem istam lucem mundi sideralis: imis tartari: & in uetustum chaos submergere nouit. Nam simul quenq̃ conspexit speciosę formę iuuenem: uenusta te eius sumitur: & illico in eum & oculum & animum detorquet. Serit blanditias: inuadit spiritum: amores profundi pedicis æternis alligat. Tunc minus morigeros: & uiles fastidiens: in saxa & in pecua: & quoduis animal puncto reformat. Alios uero prorsus extinguit: hęc tibi trepido & cauenda censeo: Nam & illa urit ꝑpetuum: & tu puer ętatem & pulchritudinem. capax eius es: Hæc mecũ byrrhena satis anxia. At ego curiosus allioquin: ut primũ artis magicę semp optatũ nomẽ audiui: tãtũ a cautela Pãphiles abfui: ut etiã ultro gestirem: tali magistro me uolens ampla cum mercede tradere: & prorsus ipsum barathrum saltu concito præciptare. Festinus denicq; & uecors aĩ: mãu eius uel ut cathẽa quadã memet expedio: & salue ꝑ addito ad Milõis hospitium perniciter euolo. Ac dum amenti similis celeri o uestigium. Age inq̃ o luci: cui-

deuortar

palmas dea

taberine Mustulus

gila: & tecum esto habes exoptatam occasionem: & uoto diutino poteris fabulis misere ris explere pectus auferformidines pueriles: cominus cum re ipsa gnauiter congredere & a nexu quidem uenerio hospitis tuæ tempera: & probi Milonis genialem torem religiosus suspice. Verum enimuero Fotis famula petatur annixe. Nam & forma scitula & moribus ludiera: & prorsus argutula est. Vesperi quoq; cum somno cōcederes: & in cubiculum te deduxit: comiter & blande lectulo collocauit. & satis amanter cooperuit & osculato tuo capite q̄ inuita discederet: uultu ꝓdidit. Deniq; sæpe retro: sa respiciēs substitit: quod bonum felix & faustum sit. Itaq; licet insalutare non erit: Fotis illa temptetur. ¶ Hæc mecum ipse disputans: fores Milonis accedo: & quod aiunt: pedibus in sententiam meam uado. Nec tamen Milonem domi uel uxorem eius offendo: sed tantum caram meam Fotidem: quæ suis dominis parabat Iuscum fartim circunciſum: & pulpam frustatim consectam: abacum pascue hirulentam: & quidem naribus iam mihi ariolabar: tucetum per q̄ sapidissimum. Ipsa linea tunica mūdule amicta: & rursus se a fasciola prænitente altiuscule: sub ipsas papillas succintula: illud cibarium uasculū floridis palmulis rotabat in circulum: & in orbis flexibilibus crebra succutiēs. & simul membra sua leniter illubricans: lumbis sensim uibrantibus: spinam mobilem quatiēs placide: decenter inundabat. Isto aspecto defixus obstipui: & mirabundus steti. Steterunt & membra quæ iacebant ante: & tandem ad illam q̄ pulchræ: quanq; festiue inquam. Fotis mea ollulam istam cum natibus intorques: q̄ melitum pulmentum apparas: fœlis & certius beatus: cui permiseris illuc digitum intingere: Tunc illa lepida alioquin & dicacula puella: discede īquit: misselle q̄ procul a me: a fœculo discede: nā sitemodice meus igniculus afflauerit: urereris intime. Nullus extinguet ardorem tuū: nisi ego quæ dulce condiens & ollam & lectulum: suaue quatere noui. ¶ Hæc dicens in me respexit & risit: nec tamen ego prius inde discessi: q̄ diligenter oēm eius explorassem habitudinem: uel quid ego de cæteris aio? Cum semper mihi unica cura fuerit: caput capillū que sedulo: & publice prius intueri: & domi: postea perstrui. Sicque iudicii huius apd me certa & statuta ratione: uel quod præcipua pars ista corporis in aperto & perspicuo posita: prima nostris luminibus occurrit: & quidem in cæteris membris floride uestis hylaris color: hoc in capite nitor natiuus operatur. ¶ Denique pleræque indolem gratiasq; suas probaturæ: lacinias omnes exuunt: amicula dimouent: nudam pulchritudinē suam præbere se gestiunt: magis decutis roseo rubore: q̄ de uestis aureo colore placituræ. ¶ At uero quod nefas dicere: ne quod si sullum huius rei tam durum exemplum si cuiuslibet eximiæq; pulcherrimæq; fœminæ caput capillo spoliaueris: & faciem nati ua specie nudaueris: licet illo cœlo deiecta: mari edita: fluctibus educata: Licet inquā Venus ipsa fuerit: licet omni gratiarum choro stipata & tota cupidinum populo comitata: & baltheo suo cincta cinnama fragans: & balsama rorans: calua processerit placere non poterit: nec Vulcano suo. Quid cum capillis color gratus & nitor splendidus illucet. Ecce Solis aciē uegetus fulgurat: uel placidus renitet. At ī contrariā grauē uariat aspectū: & nūc aurū choruschās ī mellis lenē deprimitur umbrā Nūc coruia nigredie cerulus colūbaq; collis flosculos æmulatur uel cū guttis arabicis obūctus: & pectinis arguti dēte tēui discrimiatur. Et pōe uersū coactus: amatoris oculis ocurrēs: īstat speculi redit imaginē gratiorē: qd cū frequenti sobole spiritus cumulat uerticē: uel plixa scire porrectus dorsa pmanat. ¶ Tāta deniq; ē capillamēti dignitas: ut q̄ uis auro: uestegemis omniq; cætero mūdo exornata mulier incedat tamē nisi capillū distrinxerit

retor: sa Pellibus in sentē tiā uado Iuscū Tucetum succintula succutiens

ornata non posſit uideri: ſed in mea Fotide: non operoſus: ſed inordinatus ornatus ad debat gratiam. Vberes. n. crines: leniter emiſſos: & ceruice dependulos: ac deinde p colla diſpoſitos ſenſimq; ſinuato patagio reſidentes: pauliſper ad finem conglobatos: in ſummū uerticem nodus adſtrinxerat. Nec diutius quiui tantū cruciatum uolupta tis eximiæ ſuſtinere. Sed pronus in eam qua fine ſummum cacumen capillus aſcendit mellitiſſimū illud ſauium impreſſi. Tum illa ceruicem intorſit & ad me conuerſa li mis & morſicantibus oculis. // Heu tu Scholatice ait: dulce & amarum guſtulum carpis. // Caue ne nimia mellis dulcedine diutinam bilis amaritudinem trahas.

patagio

Mel liſſimum

Morſicātibus oculis

Quid iſtic inquā eſt: mea feſtiuitas: cum ſim paratus: uel uno baſiolo interim recrea tus: ſuper iſtum ignem porrectus aſſari? Et cum dicto artius eam complexus cœpi ſa uiari. Iamq; æmula libidine in amoris parilitatem congermaneſcenti mecum. // Iam patentis oris in halatu cinnameo: & occurſantis linguæ illiſu nectareo: prona cupidie adliueſcente: pereo inq̄: immo iamdudum perii: niſi tu ꝓpitiaris. Ad hæc illa rurſum me deoſculato: bono animo eſto inquit. Nam ego tibi mutua uoluntate mancipata ſū nec uoluptas noſtra differetur ulterius: ſed prima face in cubiculū tuum adero. Abi ergo: ac te compara: tota enim nocte tecum fortiter: & ex animo præliabor. His & ta libus obgannitis ſermonibus inter nos diſceſſum eſt. Cōmodum meridies acceſſerat: & mittit mihi Byrrhena xeniola porcum optimum: & quiq; gallinulas: & uini cadumī ætate præcioſi. Tunc ego uocata Fotide. Ecce inq̄ Veneris hortator & armiger liber aduenit ultro: uinum iſtud ſorbeamus hodie omne: qui nobis reſtinguat pudoris igna uiam: & alacrem uigorem libidinis inculiat: hæc enim ſitarchia nauigo Veneriſ indiget ſola: ut in nocte peruigili: & oleo lucerna & uino calix abundet: diem cæterum lauacro ec dehinc cœnæ dedimus. Nam milonis boni concinnaticiam menſulam rogatus accu bueram: q̄pote tutus ab uxoris eius aſpectu. Byrrhenæ monitorum memor: & pinde in eius faciem oculos meos: ac ſi auernum lacum formidans deieceram: ſed aſſidue re ſpiciens præminiſtrantem Fotidem: inihi recreabar animi. Cum ecce iam ueſpera: lu cernā intuens: Pamphile: q̄ largus inquit hymber aderit craſtino: & percontanti mari to: qui cōperiſſet iſtud? Reſpondit ſibi lucernā prædicere. Quod dictum ipſius Mi lo riſu ſecut9: grandē inquit iſtā lucernæ ſibyllā parcimus: q̄ cūcta cœli negocia: & ſolē ipſū de ſpecula cādelabri cōtuetur. Ad hæc ego ſubiiciens. Sūt aīo prima huiuſcemodi diuinationis exprimenta: nec mirum: licet modicū iſtud igniculū: & manibus hūanis laboratū: memorē tamē illius maioris: & cæleſtis ignis: uelut ſui parentis: quid eēt edi turus in æthereis uertice: diuino præſagio: & ipſum ſcire: & nobis enūtiare. // Nam & corinthi: nunc apud nos paſſim: chaldæus quidā hoſpes: miris totam ciuitatem reſpō ſis turbulenta & arcana fatorū ſtipibus emerendis: e dicit in uulgum: qui dies copulā nuptialem affirmet: qui fundamenta mœnium perpetuet: qui negociatori commodus qui uiatori celebris: qui nauigiis opportunus: mihi denique prouentum huius peregri nationis inquirenti: multa reſpondit: & oppido mira: & ſatis uaria. Nunc enim glor ā ſatis floridam: nunc hiſtoriam magnam: & incredendam fabulam: & libros me factu rum. // Ad hæc renidens Milo: qua inquit corporis habitudine præditus: quoue nomi ne nūcupatus: hic iſte Chaldæus ē? Procerus inquā: & ſuffuſcul9 Diophāes noīe: Ipſe eſt ait: nec ullus alius. Nā & hic apud nos multa multis ſimiliter effatus: nō paruas ſti pes imo uero mercedes optimas iā cōſecutus fortnnā ſeuerā: an ſæuam uerius dixerim miſer incidit. Nam die quadam: cum frequentis populi circulo conſeptus: coratio

Cōgermaneſcenti obgāitis ſermonibus Inculiat ſitarchia Concīnatica mēſula Lucerna imbrem prædicit

ne circunstantium fata donaret: Cerdo quidam nomine negociator: accessit cum diem commodum peregrinationi cupiens: quem cum electum destinasset illi: Iam deposita crumena: Iam profusis numulis: iam dinumeratis centum denariis: quos mihi eædem diuiatio nis: auferret ecce quidam de nobilibus adolescentulus a tergo adrepés cum la cinia prehendit: & conuersus: amplexusq; exosculatur arctissime. At ille ubi primum consauiatus: eum: iuxta se ut assideret effecit: attonitus & repentinæ uisionis stupore: & præsentis negocii: quod gerebat: oblitus: infit ad eum. Quam olim equidem exoptatus nobis aduenis? Respondit ad hæc ille alius commodum uespera oriente: sed uicissim tu quoq; frater mihi memora: quemadmodum exinde ut de Euboea insula festinus enauigasti: & maris & uiæ confeceris iter. Ad hæc Diophanes ille chaldæus egregius: mente uiduus: necdum suus. Hostes inqt: & omnes inimici nostri: tam diram: immo uero Vlyxeam peregrinationem incidant. Nam & nauis ipsa qua uehebamur uariis turbinibus procellarum quassata: utroq; regimine amisso: ægre ad ulterioris ripæ marginem detrusa: præcipitio demersa est: & nos omnibus amissis: uix enatauimus: quod cunq; uel ignotorum miseratione: uel amicorum beniuolentia extraximus: id omne latrocinalis inuasit manus: quorum audaciæ repugnãs etiam nomine Arisuatus unicus frater meus: sub istis oculis miser iugulatus est: Hæc eo adhuc narrante mœsto cerdo ille negociator corrreptis nũmulis suis: quos diuinationis mercedi destinauerat: protinus aufugit: ac dehinc: tunc demum Diophanes expergitus sensit impudentiæ suæ labem. Cum etiam nos omnes circunsecus adstantes: in clarum cachimum uideret effusos: Sed tibi plane Luci domine: soli omnium Chaldæus ille uera dixerit: sisq; fœlix: & iter dexteꝛ porrigas: Hæc Milone diutine sermocinante tacitus ingemiscebã: mihiq; non mediocriter succensebam: q; ultro inducta serie inopportunarum fabularum: partem bonam ueneræ: eiusq; gratissimum fructum amitterem: & tandem deinque deuorato pudere: ad Milonem aio: ferat suam Diophanes illa fortunam & spolia populorum rursum conferat mari pariter ac terræ: mihi uero fatigationis hesternæ etiam nunc sautio: da ueniam maturius concedam cubitum. Et cum dicto facesso: & cubiculum meũ contendo. Atq; illic deprehendo epularum dispositiones satis concinnas. Nam & pueris extra limen: credo ut arbitrio nocturni gannitus ablegarentur: humiq; procul distractum fuerat grabattulum meum: assistit mensulæ cœnæ totius honestas reliquias tolerans: & calices boni: iam infuso latice semipleni solam temperiem sustinentes: & laguena iuxta officio cessi in deascento patescens: facilis hauritu: prsus gladiatorię ueneris antecenia. Commodum cubueram: & ecce Fotis mea iam domina cubitum reddita: iacta proximat rosæ serta: & rosa soluta in sinu tuberante: ac me pressim deosculato: & corollis reuinctos: ac flore prosperso: arripit poculum: ac desuper aqua calida iniecta: porrigit bibam: idq; modicum priusquã totũ exorberem: clementer inuadit: Ac relictum pullulatim labellis minuens: meq; respiciens sorbillat dulciter: sequensq; & tertium inter nos uicissim: & frequens alternat poculum. Cum ego iam uino madens: nec animo tantum: uerum in corpore ipso ad libidinem inquiẽs alioquin: & petulans: etiam saucius paulisper inguinum sine lacinia remota impatientiam ueneris Fotidi meæ monstrans: miserere inquam: & subueni maturius. Nam ut uides: prælio quod nobis sine fenali officio indixeras: iam proximante uehementer intentus: ubi primam sagittam sæui cupidinis ĩima præcordia mea delapsam excæpi: arcum meum & ipse uigore tetendi: & oppido formido ne neruus rigoris nimietate rum

Expergitus

patur: sed ut mihi morem plenius gesserit: ineffusum laxa crinem: & capillo fluente undantur æde complexus amabiles. Nec mora: cum omnibus illis cibariis uasculis raptim remotis: laciniis cunctis suis renudata: crinibusq; dissolutis ad hylarem lasciuiam: in speciē Veneris: quę marinos fluctus subitat pulchre reformata: paulisper etiam glabella foemina: uel rosea: palmula potius obumbrans de industria: q̄ tegens uerecundia præliare inquit. & fortiter præliare. Nec enim tibi cedam: nec terga uortam: cominus in aspectū: si uir es: dirige: & grassare guauiter. & occide moriturus: hodierna pugna non habet missionem. Hæc simul dicens: inscenso grabattulo. super me sensim residens. ac crebra subsiliens. lubricisq; gestibus mobilem spinam quatiēs pendulæ Veneris fructu me saciauit. usq; dum lassis animis. & marcidis artibus defagitati. simul ambo corruimus. inter mutuos amplexus: animas anhelantes. his & huiusmodi colluctationibus ad confinia lucis usq; peruigiles egimus: poculis interdū lassitudinem refouentes: & libidinem incitantes. & uoluptatem integrantes: At cuius noctis exemplar similes adstruximus alias plusculas. Forte quadā die mecum magnopere Byrrhena contendit. apud eam coenulæ interessē. & cū impēdio excusarem: negauit ueniam. Ergo igitur Fotis erat ad eunda. deq; nutu eius consiliū. ut lut auspiciū petendum. quæ quanq̄ inuita q; a se ungue latius digrederer. tamen comiter amatotiæ militie breuem commeatum indulsit. // Sed heus tu inquit caue. regrediare cenā maturius. nam uesana factio nobilissimoq; iuuenum pace publica infecta. passim trucidatos per medias plateas uidebis iacere. Nec presidis auxilia longinqua leuare ciuitatem tanta clade possunt. Tibi uero fortune splendor insidias. cōtemptus etiam peregrinationis poterit afferre. Fac sine cura inquā sis Fotis mea. Nā præter quod epulis alienis uoluptates meas anteferrem. mœtū etiam istū tibi domā maturata regressione. Nec tamē incomitatus ibo: Nam gladiolo solito cinctus altrinsecis. ipse salutis mee presidia gastabo. Sic paratus coene me committo. frequēs ibi numerus epulonū: & utpote apud primatem foeminam flos ipse ciuitatis opipares citro & ebore nitentes lecti aureis uestibus intecti. Ampli calices uarie quidē gratie sed preciositatis unius. Hic uitrum fabre sigillatum ibi cristallum impictum argentum alibi clarum & aurum fulgurans & succinū mire cauatū & lapidē ut bibas. & quicquid fieri non potest ibi est diriuitores plusculi spendide amicti fercula copiosa scitule subministrata pueri calamistrati pulchre inclusiati gemmas formatas i pocula uini uetusti frequenter offerre. // Iam inlatis luminibus epularis sermo percrebuit. // Iam risus adfluens & ioci liberales & cauillus hincinde. ¶ Tu infit ad me Byrrhena q̄ cōmode uersaris in nostra patria quod scia templis & lauacris & ceteris operibus longe cunctas ciuitates antecellimus utensiliū preterea pollemus affatim certa libertas ociosa & negotiosa quidē adueniente romana frequentia modesto uero hospiti quies uillatica omniq; deniq; prouincie uoluptarii secessus sumus. // Ad hec ego subiiciens uera memoras nec usq̄ gentiū magna me liberū q̄ hic fuisse credidi sed oppido formido cecas & ineuitabiles latebras magice discipline. Nam ne mortuorum quidē sepulchra tua dicuntur sed & bustis & rogis reliquiæ quedam & cadauerū pre segmina ad exitiabiles uiuentiū fortunas petuntur. Et cantatrices anus in ipso momento choragii funeris perpeti celeritate alienā sepulturā anteuortunt. // His meis addidit aulis immo uero istic nec uiuentibus quidē ullis parcitur & nescio qui simile passus ore undiq; omnifariam deformato truncatus est. // Inter hæc conuiuiū totū

Diriuitores scitule Inclusiati

præsegmina

in lincentiosis cachinnis effūditur oiumq; ora & obtutus in unū quēpiam angulo se cubantē cōferuntur qui cunctoꝝ obstinatione cōfusus indigna murmurabundus: cū uellet exurgere. Immo mi Telephron Byrrhena inqt & subsiste paulisper & more tue urbanitatis fabulā illā tuā remetire ut & filius meus iste Lucius lepidi sermonis tui perfruat comitate. At ille tu quidē domina ait. in officio mōes sanctæ tuæ bonitatis sed ferenda nō est quorūdā insolētia: Sic ille cōmotus. Sed instanti Byrrhenæ que cū adiuratione suæ salutis ingratis cogebat effari perfecit ut uellet: Ac sic aggeratis in cūulū stragulis & effultis in cubitū suberectisq; in totū porrigit dexterā & instar oratoꝝ cōformat articulū duobusq; infimis conclusis digitis cæteros eminus porrigens & infesto pollice clementer subrigens infit Telephron. Pupill9 ego mileto ꝓfectus ad spectaculū olympicū cū hæc etiā loca prouinciæ famigerabilis adire cuperē peragrata cūcta Thessalia fuscis auibus lariſſā accessi. ac dū singula pererrans tenuato admodū uiatico paupertati meæ fomenta conquiro: cōspicor medio foro procerū quendā senē insistebat lapidē claraq; uoce prædicabat. Si qui mortuū seruare uellet de præcio licererur & ad quēpiā prętereuntiū. Quid hoc inquā cōperior: hiccine mortui solent aufugere. Tace respondit ille. Nā oppido puer: & sanis pereginus es meritoq; ignoras Thessaliæ te consistere: ubi Sagæ mulieres ora mortuoꝝ passim demorsicant eaq; sūt illis artis magicæ suppleměta: Cōtra ego: & q̄ tu inquā dic sodes custodela ista feralis. Iam primū respōdit ille perpetē nocte exi mie uigilandū ē. Exertis & incōuersis oculis semp in cadauer intētis nec acies usquā deuertenda īmo ne obliquāda quidē. Quippe cū deterrimę uersipelles in quoduis animal ore cōuerso latenter obrepant ut ipsos etiā oculos solis & iusticię facilæ frustrāter: Nā & aues & rursū canes & mures: īmo uero ēt muscas induūt. Tūc dirisq; cataminibus somno custodes obruūt: nec q̄squā definire poterit: quantas latebras nequissime mulieres pro libidine sua cōminiscūtur. Nec tamē hui9tā exitiabilis operę merces āplior q̄ quaterni uel seni ferme offerūtur aurei. Ehem & quod pene prætereierā si q nō integrū corp9 mane restituerit qcqd inde decerptū diminutūq; fuerit: id oē de facie sua desectū sartire cōpellitur. His cognitis animū meū cū masculo & ilico accedēs preconē. Clamare inquā iā desine: adest custos paratus: cædo præmiū mille inquid nūmi deponētur tibi. Sed heus iuuenis caue diligenter principiū ciuitatis filii cadauera malis harpyis ꝓbe custodias. Ineptias inquā mihi narras & nugas meras uides hoiēm ferreū & isonē certe. Perspicacio reipso linceo: uel argo & oculeū totū. Vix finierā & ilico me produxit ad domū quāpiā cui9 ipsis foris9 obseptis: per quādā breuē posticulā ītrouocat me: & cōclaue quoddā obseratis liminib9 umbrosū demōstrat cubiculū matronā flebilē: fusca ueste cōtextā quā pp asistēs: hic inqt autorat9 ad custodiā mariti tui fidēter accessit. At illa crinibus antepēdulis hincinde dimotis: etiā in merore. luculētā ꝓferens faciē: meq; respectās. Vide oro inquit q̄ exp̄gite mun9 obeas. Sine cura sis inquā modo corollariū idoneū cōparas: hic placito oti9 surrexit: & ad illud me cubiculū inducit: ibi corpus splendētib9 linteis cooptū introductis q̄busdā septē testib9 manu reuelat: & diutine usu pfleto: obtestata fidē præsentiū singula demōstrat anxie: uerba cōcepta de industria quodā tabulis prænotāte. Ecce inquit nasus integer: incolumes oculi: saluę aures: inlibatę labiæ: mentū solidū: uos in hāc rē boni Quirites testimoniū phibetote: & cū dicto: cōsignatis illis tabulis facessit: At ego. Iube inquā domina cūcta quæ sūt usui necessaria: nobis

famigerabilis

demorsicant

Custodela

Quā expergite

exhiberi. Atq; inquit ista sūt? C. Lucerna aīo prægrādis: & oleū ad lucē: luci sufficiēs & aqua cū cenophoris: & calice cœnarū q; reliquus discus ornatus: V. Tūc illa capite quassanti ābi inquit fatue: qui in domo funesta cœnas & partes requiris in qua tot iugis iā diebo ne fumus quidē uisus est ullus. An istic comessatū te uenisse credis: qui fumus potius loco congruētes luctus. & lachrymas. V. Hæc simul dicēs respexit ancillā. Et myrrhenæ inquit lucernā & oleū trade cōfestim: & incluso custode cubiculo ptinus facesse. Desolatus ad cadaueris solatiū pfrictis oculis. & obarmatis ad uigilias aīum meū p mulcebā cantationibo. Cū ecce crepusculū & nox puecta: & nox altior: & deinde cōcubia altiora & iā nox intempesta: mihiq; oppido formido cumulatior q dē: cū repēte introrepens mustela circa me constitit: obtutūq; acerrimum in me destituit. ut tantillū aīalis præ nimia sui fiducia mihi turbarit aīum deniq; sic ad illā. C. Quin abis inquā īpurata bestia teq; ad tui similis musculos recōdis: anteq; nostri uim præsentariā experiaris quin abis. V. Terga uortit & cubiculo ptinus exterminatur. Nec mora cū me somnus pfundus in imū barathrū repēte demergit ut ne deus quidē delphicus ipse facile discerneret duobus nobis iacentibus quis esset magis mortuus sic inaīs & indigens alio custode pene ibi non erā. cōmodū noctis inducias cantus pstrepebar cristaræ cohortis. C. Tandē expgitus & nimio pauore pterritus cadauer accurro & admoto lumine reuelataq; eius facie rimabar singula quæ cuncta cōuenerāt. V. Ecce uxor misella flens cū hesternis testibus introrupit anxia: & statim corpori superruēs multūq; ac diu deosculata sub arbitrio lumīnis recognoscit oīa. & couersa Phylodespotū requirit autorē ei præcipit bono custodi redderet sine mora præmiū & oblato statim. C. Sūmas inq tibi iuuenis gratias agimus: Ethercules ob sedulū istud ministeriū inter ceteros familiares dehīc numerabim9. Ad hęcego ī sperato lucro diffusus in gaudiū & in aureos refulgētes quos identidē manu mea uē tilabā attonitus īmo inq domīa de famulis tuis unū putato & quotiēs operā nostrā desiderabis fidenter īpera. V. Vix effatū me statim familiares omnifariā exertis raptī cuiusq; modi telīs insequuntur. C. Pugnis ille malas offendere scapulas alius cubitis īpingere palmis infestis hic latera suffodere calcibus insultare capillos distrahere uestē discindere sic in modū supbi iuuenis adoni uel musteluatis pipletis lacceratus atq; discerptus domo pturbor. Ac dū in pxima platea refouens aīum infausti atq; improuidi sermones mei sero reminiscor dignūq; me pluribus etiā uerberibus fuisse merito cōsentie. Ecce iam ultimū defletus atq; conclamatus pcesserat mortuus rituque patrio utpote unus de optimatibus pōpa funeris publici ductabatur p foꝝ occurrit adanxius quidā mœstus in lachrymis genialē caniciē inuelleras senex & manibus ambabus inua dens toꝝ uoce contenta quidē sed assiduis singultibus impedita. V. Per fidē uestrā inquit Quirites per pietatem publicam perempto ciui subsistite & extremum facinus in nefariam sceleſtamq; istam mulierem seueriter uindicate. V. Hęc enī nec ullus alius miserum adolescentē sororis meę filium in adulteri gratiā & ob prædam hæreditariā extinxit ueneno. Sic ille senior lamentabiles quæstus singulis istrepabat. Sæuire uulgus īterdū & facti ueri similitudine ad criminis crudelitatem impelli conclamant ignem requirūnt saxa paruulos ad exitium mulieris hortantur. E meditatis ad hæc illa fletibus quanquæ sanctissime poterat adiurans cuncta numina tantum scelus abnuebat. V. Ergo igitur senex ille ueritatis arbitrium in diuinā prouidentiam reponamus. zachlas adest Aegyptius: propheta primarius. qui mecum

Phylodespotus

mustelpuatis pipletis

Adanxius

minibus murmurata cui nō modo seruoꝝ: ueꝝ etiam liberoꝝ pauci adhibētur & tu quindecim seruos uis interfuisse nuptiæ ne illę fuerūt: an aliud celebratū officiū an cū uiuiū tempestiuū quidecim serui sacrum magicum participant quasi quindecim uiri sacris faciundis creati. Cui tamē rei tot numero adhibuisse si conscientiæ nimis multi sūt qndecim liberi homines populus est: totidē serui familia. totidē uincti ergastulum. An adiutorio multitudo eoꝝ necessaria fuit: qui diutie hostias lustralis tenerēt at nullas hostias nisi gallinas nominasti. An ut grana turis numerarent. an ut Thallū prosternerent. Mulierem ēt liberā perductā ad me domum dixistis. eiusdem Thalli ualitudinis. Quam ego pollicitus sim curaturū eam quoq; incantatā a me corriusse: ut uideo uos palæstritam non magum accusatum uenistis ita omni qui me accesserit interdicitis cecidisse. Negauit tamen quærente te Maxime Themison medicus a quo mulier ad inspiciendum perducta est. quicquam ultra passam: nisi quæsisse: ecquid illi aures obtinnirent & utra eorum mgis ubi responaderit dextram sibi aurē nimis inquietam confestim discessisse. Hic ego maxime quanquam sedulo impræsentiarū a laudibus tuis tempero ne ubi tibi ob causam istam uidear blāditus tamen sollertiā tuam in percontando nequeo quin laudem. Dudum enim cum agitarentur hæc & illi incatatam mulierem dicerent. medicus qui adfuerat abnueret: quæsisti tu nimis q̄ prudenter. quod mihi emolumentum fuerit incantandi. responderunt ut mulier ruere. Quid deinde mortua est inquis negarūt. Quid ergo dicitis q̄ apuleii commodū si ruisset. Ita enim pulchre ac perseueranter tertio quæsiuisti ut qui scires omnium factorum ratione diligentius examinandas. ac sæpius causas quæri facta concedi. eoq; etiam patronos litigatorum causidicos nominari. q̄ cur quæq; facta sint expediant. Cæterum negare factum facilis res est & nullo patrono idiget recte factū uel pperam docere id uero multo arduū & difficile est. Frustra igitur an factū sit q̄ritur q̄d nullā malā cām habuerit: ut fecerit: ita facti reus: apud bonū iudicē scrupulo q̄stionis liberatur: si nulla fuit ei rō peccādi. Nūc quoniā neq; incantatā: neq; prostratā mulierem ꝓbauerūt: & ego nō nego petitu medici a me ispectā: dicā tibi Maxime. cur illud de aurū tinnitu quæsierim: nō tam purgandi mei gratia in ea re quā tu iam preiudicasti neq; culpæ neq; crimini confinē: q̄ ut nequid auribus tuis & doctrinæ tuæ congruens reticuerim. Dicam igitur q̄ breuissime potuero: etenim admonendos es mihi: non docendus. Plato philosophus in illo præclarissimo. Timæo: cęlesti quadā facūdia uniuersum mundū molitus: postq̄ de nostri quoq; animi trinis potestatib9 sollertissime disseruit: & cur quæq; mēbra nobis diuina prouidentia fabricata sint: aptissime demonstrauit: causam morborum omniū trifariā pcenset. Primā causam primordiis corporis attribuit: Si ipse elemētoꝝ qualitates: humida & frigida: & his duæ aduersæ nō cōgruāt. id adeo euenit: cū quæpiā eaꝝ modo excessit: aut loco demigrauit. Sequens causam morborum inest in eorum uitio: quæ iam concreta ex simplicibus elementis: una tamen specie coaluerunt: ut est sanguinis species: & uisceris: & ossis: & medullæ porro illa quæ ex hisce singularibus mixta sunt. Tertio in corpore concremata uarii fellis. & turbidi spiritus: & pinguis humoris: nouissima ægritudinum incitamenta sunt. Quorum e numero præcipua sit materia morbi comitialis: de quo dicere exorsus sum. cum caro in humorē crassum: & spumidum inimico igni colique scit: & spiritum indidem parto ex candore compręssi aeris albida & tumida tabes fluit. Ea nam q̄ tabes: si foras corpris prospirauit: maiore dedecore: q̄ noxa diffundi

Obtinnirent

Prospirauit

tur: pectoris enim primorē cutim uitiligine insignit: & omnimodis maculationibus conuariat. sed cui hæc usu uenerit: nunquam postea comiciali morbo attentatur: ita ægritudinem animum grauissimam: leui turpidine corporis compescat. Enimuero si pernicios illa dulcedo intus cohibita: & bili atre sociata uenis omnibus furens pes uasit. deinde ad sūmum caput uiam molita dirum fluxum cerebro imiscuit. illico re galem partem animi debilitat: quæ ratione pollens: uerticem hominis uelut arcē: & regiam insedit eius quippe diuinas uias & sapientis meatus obruit & obturbat quod facit minore pernicie per soporē cū potu & cibo plenos: comitialis morbi prænuncia strangulatione modice angit. sed si usque adeo aucta est: ut etiam uigilantiū capiti of fundatur: tum uero repentino mentis nubilo obtorpescūt. & moribūdo corpore cessante aio cadunt eū nostri non modo maiorem & comicialem: uerum etiam diuinum morbū ita ut greci ἐφογοσον nuncuparunt: uidelicet qđ animi partē rationalē quę lō ge sāctissima est: eam uiolet. Agnoscis Maxime rationē Platonis quātū potui ꝓtem pore perspicue explicatā cui ego fidē arbitratus causā diuini morbi esse cū illa pestis in caput redūdauit. aut quanq̄ uideor de nihilo percontatus: an esset mulieri illi caput graue: ceruix torpens: tempore pulsata. auris sonora: & cæterum quod dextræ auris crebriores tinnitus fatebatur: signū erat morbi penitus adacti nam dextera corporis ualidiora sunt: eoque minus spei ad sanitatē reliquūt eū & ipsa ægritudini accūbunt Aristoteles adeo in problema- is scriptū reliquit: quibus ęque caducis a dextero mor bus occipiat eorum esse difficiliorē medelam. Longum est si uelim Theophrasti quo que sentētiā de eodem morbo recensere. Est enim etiam eius egregius liber de caduc cis: quibus tū in alio libro: quē de nō uidentibus aīalibus conscripsit. remedio esse ait exuuias stellionū: quas uelut senium more cæterum serpentium tempori bus statu tis exuant. sed nisi confestim eripias. maligno ne præsagio an naturali ad petentia illi co conuertuntur. & deuorant. Hæc iccirco commemoraui nobilium philosophorū disputata. simul & libros sedulo nominaui. nec ullum ex medicis: aut poetis uolui attingere: ut isti desinant mirari si philosophi suapte doctrina causas morborū & re media nouerunt: Igitur cum ad inspiciendum mulier ægra curationis gratia. ad me perducta sit: atq; hoc & medici confessione qui adduxit meam ratiocinationem recte factū esse conueniat aut constituāt magi: & malefici hominis esse morbis mederi. aut si hoc dicere non audent: fateantur se in puero & muliere caducis uanas & prorsus ca ducas calumnias intendisse. Immo enim si audire uerum uelis Emiliane. tu potiꝰ ca ducus. qui iam tot calumniis cecidisti: neq; enim grauius est corpore. quā corde colla bi pede potius. quā mente corruere. in cubiculo despui quā in ipso splendidissimo cœ tu detestari. At tu fortasse te putas sanum. quod non domi contineris. sed insaniam tuā quoquo te duxerit. sequeris. At qui si contedere uis furorē tuum cum Thalli furo re. inuenies per multum interesse. nisi q; Thallus sibi tu etiam aliis furis. Cæterum thallus oculos torquet tu ueritatem thallus manus contrahit: tu patronos. thallꝰ pa uimētis illiditur tu tribunalibꝰ. Postremo ille quicquid agit. i ægritudine facit: igno rans peccat. At tu miser prudens & sciens delinquis tanta uis morbi te instigat falsū pro uero insimulans infectum pro facto criminaris. quem innocentem liquido scis. tamen accusas ut nocentem. Quin etiam quod præterii. sūt quæ fatearis nescire & ea dem rursus quasi scias criminaris. Ais enim me habuisse quædam sudariolo iuoluta apud lares pontiani. Ea inuoluta quæ & cuius modi fuerint. nescisse te cōfiteris. neq;

Sudariola

præterea quēq̄ esse qui uiderit: tamē illa contendis instrumēta magiæ fuisse. Nemo tibi blandiatur Emiliane. Non est in accusādo uersutia. ac ne impudētia quidē: ne tu arbitreris quid igitur. Furor infœlix acerbi animi & misera insania crudæ senectutis. His enim pene uerbis, cum tam graui & pspicaci iudice egisti. Habuit Apuleius quæ piā linteola inuoluta apud lares pōtiani. Hæc quoniā ignoro quæ fuerint: iccirco magica fuisse contēdo. Crede igitur mihi quod dico quia id dico quod nescio. O pulchra argumenta: & aperte crimen reuincentia: hoc fuit quoniam quid fuerit ignoro. Solus repertus es Emiliane qui scias etiam illa quæ nescis tantum super omnes stulticiæ uectus es: quippe qui solertissimi & acerrimi phōq̄ fuerūt ne iis quidem confidendū esse aiunt quæ uidemus. At tu de illis quoq̄ affirmas. quæ neq̄ conspexisti unquam neq̄ audisti. Pontianus si uiueret: atq̄ eum interrogares quæ fuerint in illo inuolucro: ne scire se responderet libertus etiam ille qui clauis eius loci in hodiernū habet & a uobis stat nunquā se ait inspexisse: quanquā ipse aperiret. utpote promus librorq̄: qui illic erant conditi pene quotidie & clauderet sæpe nobiscum multo sæpius solus intraret linteum in mensa positum cerneret. sine ullo sigillo: sine uinculo. Quid ni enim magicæ res in eo occultabantur eo negligentius adseruabā. sed enim libere scrutandum & inspiciendum si liberet etiam auferendum temere exponebam alienæ custodiæ cōmēdabā: alieno arbitrio permittebā. Quid igitur in præsentiarq̄ uis tibi credi: quod ne pontianus quidē sciret qui in diuiduo contubernio mecū uixit: id te scire quē nunq̄ uiderim nisi pro tribunali. An quod libertus assiduus cui omnis facultas inspiciēdi fuit quod his libertus nō uiderit te: qui nunq̄ eo accesseris uidisse. Denq̄ ut quod nō uiderit id tale fuerit quale dicis. At qui stulte si hodie illud sudariolum tu increpisses: quid ex eo promeres ego magicum uideri tū de eo tecum decertarē: aut ego subiectū dicerem: aut remedio acceptum aut sacro traditum: aut somno imperatū. Mille alia sunt quibus possem more cōi & uulgatissima obseruationū consuetudine uere refutare. Nūc id postulas: ut quod deprehensū & detentū tū nihil ad me apud bonū iudicē læderet: id inani suspicione incertū & incognitū condēnet. Hāud sciā. an rursus ut soles dicas. Quid ergo illud fuit: quod linteo tectū apud lares potissimū deposuisti. ita ne est Emiliane: sic accusas ut oīa a reo percontere: nihil ipse adferas cognitū quāobrē piscis quæris cur ægram mulierem inspexisti quid in sudario habuisti, insutū: accusatum an interrogatū: uenisti: si accusatū: tu argue quæ dicis si interrogatum. noli præiudicare quid fuerit quod ideo te necesse est interrogare. quia nescis. Cæterq̄ hoc quidē pacto omnis homines rei constituentur: si ei qui nomen cuiuspiam detulerit nulla necessitas sit probādi. omnis contra facultas percontandi. quippe omnib9 sicut forte negocium magiæ facessitur. quicquid omnino egerint. obiicietur. uotum in alicuius statuæ femore assignasti. Igitur magus es: aut cur signasti. tacitas preces in templo deis allegasti. Igitur magus es: aut quid optasti. contra. nihil in templo præcatus es. Igitur magus es aut cur deos non rogasti. Similiter si posueris donum aliquod: si sacrificaueris: si uerbenam sumpseris. Dies me deficiet: si omnia uelim persequi: quorum rationem similiter calumniator flagitabit. præsertim quod conditum cunq̄ quod obsignatum. quod inclusum domi obseruatur. id omne eodem argumento magicū dicetur. aut e cella promptuaria in forum atq̄ in iudicium proferetur. Hæc quanta sint & ueiusmodi Maxime. quantusq̄ camp9 calumnus. hoc Emiliane tramite aperiatur quantiq̄ sudores innocentibus hoc uno sudariolo adferantur. possū eqdē pluribꝰ di-

Promus

ſputaure. ſed faciã quod inſtitui: & quod nõ neceſſe é: cõfitebor & interrogat⁹ ab emi
liano reſpondebo. Interrogas Emiliane quid in ſudario habuerim. At q̃q̃ oĩno poſitũ
illũ ſudariũ meũ in bibliotheca pontiani poſſim negare tũ maxime fuiſſe concedã: eũ
habeã dicere: nihil in eo fuiſſe quæ ſi dicã: neq; teſtimonio aliquo neq; argumẽto reuin
cãr: uemo enĩ qui attingerit. eſt unus libertus ut ait q uiderit: tũ inq̃ per me licet fue
Reptiſ rit repertiſſimum: ſic enim ſi uis arbitrare: ut olim Vlyxi ſocii theſauꝝ reppiſſe arbitra
ſimum ti ſũt: cũ utrẽ nentoſiſſimũ manticularentur. Vis dicã cuiuſmodi illas res in ſudario
Manti obuolutas: laribus Pontiani cõmendarim. Mox tibi geretur: ſacroꝝ pleraq; initia in
culare græcia pticipaui. Eoꝝ quædã ſigna & monumẽta tradita mihi a ſacerdotibus ſedulo
tur conſeruo. nihil inſolitũ. nihil cognitũ dico. uel unius liberi patris ſymmyſtæ qui ade
ſtis: ſcitis: quid domi conditũ cæletis & abſq; oĩbus prophanis tacite uenerẽmini. At
ego ut dixi multiiuga ſacra & plurimos ritus: uarias cerimonias: ſtudio ueri & officio
erga deos didici. Nũc hoc ad tempus cõpono. ſed abhinc ferme trienniũẽ: cũ primis
diebus: quibus aeeam uenerã puplice differens de Aeſculapii maieſtate: eadẽ iſta præ
me tuli: & quod ſacra noſſem percenſui: Ea diſputatio celebratiſſima ẽ uulgo legitur:
in oĩum manibus uerſatur non tam facundia mea q̃ mentione æſculapii religioſis acce
ſibus cõmendata. dicite aliqui: ſiq forte meminit: huius loci principiũ. Audis ne Ma
xime multos ſuggerentis. ĩmo etiã ecce liber offertur: recitari ipſa hæc iubebo quoniã
oſtendis humaniſſimo uultu: auditione te iſta nõ grauari. Etiam ne cuiq̃ mirũ uideri
poteſt: cui ſit ulla memoria religionis: hominẽ tot myſteriis deum conſcium. quædã
ſacrorum crepundia domi adſeruare. atq; ea lineo texto inuoluere quod puriſſimum
eſt rebus diuinis uelamentum quippe lana ſegniſſimi corporis excrementum pecori
detracta: iam ide Orphei & Pythagore ſitis prophanus ueſtitus ẽ: ſed enĩm mundiſſi
ma lini ſeges: inter optimas fruges terra exorta non modo indutui: & amictui ſanctiſ
ſimis ægiptiorum ſacerdotibus. ſed opertui quoq; inde rebus ſacris uſurpatur. Atq;
ego ſcio nonnullos: & cum primis Emilianum iſtum facetiæ ſibi habero: res diuinas
deridere: nam ut audio percenſentibus iis. qui iſtum nouere nulli deo ad hoc æui ſup
plicauit. nullum templum frequentauit: ſi fanum aliquod prætereat nephas habet:
adorandi gratia manum labris admouere. Iſtius uero nec diis rurationis. qui eum pa
ſcunt: ac ueſtiunt. ſegetis ullas. aut uitis. aut gregis primicias impartit nullum in uil
la eius delubrum ſitum. nullus locus aut lucus cõſecratus. Ec quid ego de luco & de
lubro loquor: negant uidiſſe ſe qui fuere: unũ ſaltẽ in finibus eius: aut lapidẽ unctum
aut ramũ coronatũ. Igitur agnomenta ei duo indita Charon ut iam dixi: ob oris & ai
Mẽo diritatẽ. Sed alterũ qd libentius audit: ob deoꝝ contẽtũ Mezentius. Qua propter fa
racula cile intelligo: haſce ei tot initioꝝ enumerationes nugas uideri. & forſã ne ob hãc diui
ni contumaciã nõ inducat in aĩum. ueꝝ eſſe qd dixi me ſanctiſſime tot ſacroꝝ ſigna.
& memoracula cuſtodire. Sed ego qd de me mezentius ſentiat. manũ non uorterim.
Cæteris aũt clariſſima uoce ꝓfiteor ſi qui forte adeſt eorũdẽ ſolemniũ mihi particeps
ſignũ dato & audiat licet quæ ego adſeruẽ. Nã equidẽ nullo unq̃ periculo cõpellar: q̃
reticenda accepi. hæc ad prophanos annũciare. Vt puto maxime ſatis uideor: cui uis:
uel iniquiſſimo aĩum expleſſe. Et quod ad ſudariũ ptineat omnẽ criminis maculã de
terſiſſe ac bono iam piculo ad teſtimoniũ illud Craſſi quod poſt iſta quaſi grauiſſimũ
legerunt a ſuſpicionibus Emiliani tranſcenſurus. Teſtimonium ex libello legi audi
ſti Gumiæ cuiuſd. & deſperati Lurconi. Iunii Craſſi me in eius domo nocturna ſa-

era cū appio Quintiāo amico meo factitasse: qui ibi mercede diuersabatur. Idque se ait Crassus. quanq̄ meo tēpore uel alexandriæ fuerit. tamen cæde & fumo: & auium plumis cōperisse. s. eum cum alexandriæ sympositia obiret. Est enim Crassus iste. qui nō inuitus de die in ganeas correpat. In illo cauponis nidore pinnas de penatibus suis aduectas aucupatū. fumū domus suæ agnouisse patrio culmine longe exortū: Quē si oculis uidit ultra Vlyxi uota & desideria. Hic quidem est oculatus. Vlyxes fumū terra sua mergentē cōpluribus annis elitore prospectans. frustra captauit. Crassus i paucis. quibus abfuit mensibus eundē fumū: sine labore in taberna uinaria sedens cō spexit. Sin uero naribus nidorem domesticū præsensit uincit idem sagacitate odoran di canes & Vlturios cui enim cani cui ulturio alexandrini cæli quicquam abusq; Aeē siū finibus oboleat. Est quidē Crassus iste sūmus Helluo: & oīs fumi non iperitus: sed ꝑfecto studio bibendi: quo solo censentur. facilius ad eū Alexandia uini aura q̄ fu mi pueniret. Intellexit hoc & ipse incredibile futurum. Nā dicitur ante horam diei se cundā: ieiunus adhuc & abstemius: testimoniū istud unedidisse. Igitur scripsit hæc se ad hūc modū cōperisse: postq̄ Alexandria reuenerit: domum suā rectā contendisse: ex qua iam Quintianus migrarat: ibi in uestibulo multas auium pinnas offendisse: præterea parietes fulgine deformatos quæsisse causas & seruo suo quem aere reliquerit eūq; sibi de meis & Quintiani nocturnis sacris indicasse. Quā uero subtiliter cōpositū & ueriſimiliter cōmentum: me si quid eius facere uellem non domi meæ potius factuq; fuisse: Quintianū istū qui mihi assistit: quem ego ꝑ amicicia quæ mihi cū eo ar tissima est: pro q̄ eius egregia eruditione & perfectissima eloquentia: honoris & lau dis gratia nomino. Hūc igitur Quintianū si quas auis cœna habuisset: qui pinnas cō uerteret: & foras abiiceret. Præterea fumi tantā ui fuisse ut pietes atros redderet. eāq; deformitatā: quoad habitauit passum in cubiculo suo Quitianū. Nihil dicis Emilia ne. Non est ueriſimile: nisi forte Crassus nō in cubiculū reuersus perrexit: sed suo mo re recta ad focū. Vnde autem seruus Crassi suspicatus est noctu potissimum parietes fumigatos an ex fumi colore: uidelicet fumus nocturnus nigrior est: eoq; diurno fu mo differt. Cur autē suspicax seruus: ac tam diligens passus dst Quintianum migra re: prius q̄ mundam domum redderet. Cur ille plumæ quasi plumbeæ tam diu usque ad aduentum Crassi manserunt: nōne simul & Crassus seruus suus: sed ipse hæc poti us de fuligine & pinnis mentitus est: dū nō pōt nec in testimonio dando discedere lō gius a culina. Cur autem testimonium ex libello legistis. Crassus ipse. Vbi gētium ē. An alexandriā tedio domus remeauit. An parietes suos detergit: an quod uerius est: ex crapula helluo attemptatur. Nam equidem hæc fabra tecum hesterna die animad uerti satis nobiliter in medio foro tibi Emiliane obructantem: quærea nomenclatori bus tuis Maxime quanquam est ille cauponibus: h̄ nomenclatoribus. notior tamen inquam interroga: an hic Iunium crassum aeensum uiderint: non negabunt. exhi beat nobis Emilianus iuuenem honestissimum cuius testimonio nititur. q̄d sit diei uides. dico crassum iam dudum ebrium stertere. aut secundo lauacro ad repotia cœ næ obeunde uinolentum sudorem in balneo desudare. Iste cum maxime præsens per libellum loquitur non quin adeo sit alienatus omni pudore. ut etiam sua oculis tuis si foret sine rubore ullo mentiretur. sed fortasse nec tantulum potuit ebrius sibi tem perare ut hanc horam sobriæ expectaret. aut potius Emilianus de consilio fecit ne eū sub tam seueris oculis tius cōstitueret. ne tu beluam illam uulsis maxillis. fœdo aspe

Helluo

Repotia

ctu de specie improbares: cũ animaduertisses caput iuuenis barba & capillo popula-
tum: madentis oculos: cilia turgentia: rictũ: saliuosa labia: uocem absonam: manuũ
tremorẽ: ructus. Nam patrimonium omne iam iam pridem abliguritũ: quicq̃ ei de
bonis paternis supererat: nisi una domus ad calumniam uenditandum: quam tamen
nunquam carus: q̃ in hoc testimonio locauit. Nam temulentum istud mendacium
tribus milibus nummis Emiliano huic uendidit: idque æræ nemini ignoratur. Om-
nes hoc antequam fieret cognouimus: & potui denunciatione impedire: nisi scirẽ men
dacium tam stultum potius Emiliano: qui frustra redimebat: q̃ mihi qui merito con-
temnebam: ob futurum uolui & Emilianum damno affici & Crassum testimonii sui
dedecore prostitui. Cæterum nudiustertius haud quanq̃ occulta res acta est in Rufi-
ni cuiusdam domo: de quo mox dicam: intercessoribus & deprecatoribus ipso Rufi-
no & Calpurniano. quod eo libentius Rufinus perfecit: quod erat certus ad uxorem
suam cuius stupra sciens dissimulat: non minimam partem premii ei9 Crassum rela
turum. Vidi te quoque maxime coitionem aduersum me & coniurationem eorum p
tua sapientia suspicatum. Simul libellus ille prolatus est: totam rem uultu aspernan
tem. Denique quanquam sunt soluta audacia & importuna impudentia prædíti: ta-
men testimonio crassi: cuius obloquisse fecem uidebant. nec ipsi ausi sunt perlegere nec
quicquam eo niti. Verum ego ista propterea commemorauí: non quo pinnarum for-
midines: & fuliginis maculam te præsertim iudice timerem. sed ut ne ipunitum cras-
so foret: quod Emiliano homini rustico fumum uendidit. Vnde etiam crimen ab illis
cum pudentillæ litteras legerent: de cuiusdam sigilli fabricatione prolatum est: quod
me aiunt ad magica maleficia occulta fabrica: ligno exquisitissimo comparasse. & cũ
sit celeti forma turpe & horribile: tamen impendio colore & græco uocabulo grẽcum
uerbum deest nuncupare. Nisi fallor: ordine eorum uestigia persequor: & sigillatí ap
prehendens omnem calumniæ textum retexo. Occulta fuisse fabricatio sigilli: quod
dicitis qui potest: cuius uos adeo atificem non ignorastis: ut ei uti præsto esset: denũ
ciaueritis. En adest Cornelius Saturninus artifex uir inter suos & arte laudat9: & mo
ribus comprobatus: qui tibi maxime paulo ante diligenter scisciranti: omnem ordi-
nem gestæ rei summa cum fide & ueritate percensuit. me cum apud eum multas geo-
metricas formas Gnosso uidissem: subtiliter & adfabre factas: inuitatum eius artifi-
cio: quædam mechanica ut mihi elaborasset petisse: simul & aliquod simulacrum cu
iuscunque uellet dei: cui ex more meo supplicassem: quacunque materia dummodo
lignea exculperet. Igitur primo buxeam tẽptasse. Interim dum ego ruri ago: sicinii
Põtianum priuignum meum: qui factum uolebat: impetratos hebeni loculos: a mu
liere honestissima Capitolina ad se attulisse. Ex illa potius materie rariore & durabi
liore uti faceret. adhortatum. Id munus cum primis gratum mihi fore. Sed ea se fecis
se: perinde ut loculi suppetebant. Ita minutatim ex tabellis compacta crassitudine
Mercuriolum mercuriolum expediri potuisse. Hæc ut dico omnia audisti. C. Præterea a filio capi-
toline probissimo adolescente: qui præsens est: scisciratante te eadem dicta sunt. Ponti
anum loculos petisse. Pontianum Saturnino artifici detulisse: etiam illud non nega-
tur: V. Pontianum a Saturnino perfectum sigillum recepisse: & postea dono mihi
dedisse. His oĩbꝰ palã atq; apte pbatis: qd oĩno supest. ĩ quo suspitio aliq̃ magiæ ddi
tescat. imo qd oĩno ẽ. quod uos manifesti mendacii nõ reuincat: occulte fabricatum
eẽ sigillum dixistis: quod Pontianus splẽdidissimus eques fieri curauit. quod Satur-

ninus uir grauis. & probe iter suos cognitus: in tabernula sua sedens: propalã excul-
pſit: quod ornatiſſima matrona munere ſuo adiuuit: qđ & futurũ & factũ multi cum
ſeruorũ: tũ amicorꝝ. qui ad me uẽtitabant ſcirẽt: lignũ a me toto oppido quęſitũ: nõ
piguit uos cõmentiri. quem quidẽ abfuiſſe meo tẽpore ſcitis: quem iuſſiſſe fieri quali
cunqꝫ materia probatũ eſt. Tertiũ mendaciũ ueſtrũ fuit. macilentã uel oĩo euiſcera
tam forma diri cadaueris fabricatã: prorſus horribilẽ & larualẽ. Quod ſi cõpertum
habebatis ante euidens ſignũ mãgiæ: cur mihi ut exhiberem: nõ denunciaſtis. An ut
poſſetis in rem abſcentẽ libere mentiri. Cuius tamẽ falſi facultas. opportunitate qua
dam meæ cõſuetudinis uobis adempta eſt. V. Nam morem mihi habeo quoquo eam
ſimulacrũ alicuius dei inter libellos cõditũ geſtare: eiqꝫ diebus feſtis: thure & mero &
aliquãdo uictimis ſupplicare. Dudũ ergo cum audirem ſceleſtum. per q̃ impudenti
mendacio dictitari: iuſſi curriculo iret aliquis: & ex hoſpitio meo mercuriolũ afferet
quem mihi Saturninus iſte ęęę fabricatus eſt: cedo tu cum uideant: teneant: conſide-
rent. Ecce uobis quẽ ſceleſtus ille ſceleſtũ nominabat. Auditis ne reclamationem om-
nium qui adſunt. Auditis ne mendacii ueſtri damnationẽ. Non uos tot calumniaꝝ Diſpu
tandẽ diſpudet. Hiccine eſt ſceleſtus. Hiccine eſt larua. Hoccine eſt qđ appellitaba- det.
tis dæmoniũ: magicũ ne iſtud. an ſolẽne & cõe ſimulacrũ eſt. Accipe quæſo Maxime
& cõtemplare bene: tam puris & tam ptis manibus tuis traditur res cõſecrata. Ecce ui-
de q̃ facies eius decora & ſuci plena ſit: q̃ hilaris dei uultus ut decenter utrinqꝫ lanugo
malis deſerpat: ut in capite criſpatus capillus ſub uno pilei umbraculo appareat: q̃ le
pide ſup tempora pares pinulæ emineant. q̃ aũt feſtiue circa humeros ueſtis ſubſtri-
cta ſit. Hũc qui ſceleſtũ audet dicere: profecto ille ſimulacra deorũ nulla uidet: aut
oĩa negligit. hũc deniqꝫ qui laruã putat: ipſe eſt laruatus. V. At tibi Emiliane pro iſto
mendacio: aut deus iſte ſuperũ & inferũ cõmeator: utrorũqꝫ deorũ malã gratiã: ſem- cõmea
perqꝫ obuias ſpecies mortuorꝝ. quicqd umbrarũ eſt uſquã: quicqd lemurũ: quicqd tor.
manium: quicqd laruarꝝ oculis tuis oggerat oĩa noctiũ occurſacula. oĩa buſtorꝝ formi Ogge
damina. oĩa ſepulchrorꝝ terriculamenta. a quibus tũ ævo & merito haud lõge abes. ro.
Cæterꝝ platonica familia: nihil nouimus niſi feſtũ & lætũ & ſolẽne & ſuperũ. & cæle Occur
ſte quin altitudinis ſtudio. ſecta iſta etiã cælo ipſo ſublimiora quæpiã ueſtigauit: & facula.
in extimo mundi tergo degit. Sit me uera dicere Maximus: qui Formi
legit in Phedro diligenter. Idem maximus optime intelligit: ut de nomine etiã uobis damĩa
reſpõdeam: quis nam ſit ille nona me primo. ſed a platone muncupatus βασιλεύς. Terri-
Quis nã ſit ille βασιλεὺς. totius rerũ naturę cã: & ratio. & origo initialis: ſummus culamẽta.
animi genitor. æternus animãtiũ ſoſpitator. aſſiduus mundi ſui opifex. ſed enim ſi-
ne opera opifex: ſine cura ſoſpitator: ſine propagatione genitor: neqꝫ loco neque tem
pore: nec ulla uice comprehenſus: eoque paucis cogitabilis: nemini effabilis. Ecce ul
tro augeo magię ſuſpitionem: nõ reſpõdeo tibi Emiliane quẽ colam: βασιλεὺς quin
ſi ipſe proconſul interroget. quid ſit deus meus: tacebo. De nomine ut impręſentia-
rũ ſatis dixi. qđ ſupeſt: nec ipſe ſũ neſci9 quoſdã circũſtãtiũ cupe audire. cur nõ argẽ-
to uel auro. ſed potiſſimũ ex ligno ſimulachrũ fieri uoluerim: idqꝫ eos arbitror. nõ tã
ignoſcẽdi q̃ cognoſcẽdi cã deſiderare. ut hoc ẽt ſcrupulo liberẽtur cũ uideãt oẽm ſuſ
picionẽ criminis abunde cõfutatã. Audi igitur cui cura cognoſcere eſt. ſed aĩo quan-
tum potes erecto. & attẽto: quaſi uerba ipſa platõis iã ſenis de nouiſſimo legũ libro
auditurus. V. Hoc eo phibet. ut delubra nemo audeat priuatim conſtitu

ere: cẽſet eteni ſatis ciuibus ad immolandas uictimas tẽpla publica. Deide ſubnectit ut oium aſſenſus declarauit. maximeq; q̃ in cõſilio eſtis: cõpetẽtiſſime uideor uſus Platone: ut uitæ magiſtro: ita cauſæ patrono cuius legibus obedientem me uidetis.

Apologiæ oratio ſecunda:

Vnc tẽpus eſt ad epiſtolas Pudẽtillæ præuerti: uel adeo totius rei ordinẽ paulo altius petere: ut oibus manifeſtiſſime pateat: me quem lucri cupiditate iuaſiſſe Pudentillæ domũ dictitant: ſi ullũ lucrũ cogitare fugere ſemp a domo iſta debuiſſe: qn & in ceteris cauſis minime ꝑſperũ matrimonium: & niſi ipſa mulier tot incõmoda uirtutibus ſuis repenſaret: inimicũ. Neq; enĩ ulla alia cauſa præter caſſam inuidiã reperiri põt: quæ iudicium iſtud mihi: & multa antea picula uitæ cõflauerit. Cæteꝙ cur Emilianus cõmoueretur: etſi uere me magũ cõſpexiſſet: qui nõ mõ ullo facto: ſed ne tantulo q̃dẽ dicto meo læſus ẽ: ut uideretur ſe merito ultum ire: neq; autem gloriæ cã me accuſat. ut. M. Antonius. Cn. Carbonẽ. C. Mutius. A. Alputium. P. Sulpitius. Cn. Norbanum: C. Furius. M. Aquiliũ. C. Curio. Q. Metellũ. Quippe homines eruditiſſimi iuuenes. laudis gratia primũ hoc rudimẽtũ forenſis opæ ſubibãt: ut aliquo iſigni iudicio ciuibus ſuis noſcerent: q mos ĩcipiẽtibus adoleſcentulis: ad illuſtrandũ ingenii floré apud antiquos cõceſſus diu exoleuit. qd' ſi nunc quoq; frequẽs eẽt: tamẽ ab hoc ꝑcul abfuiſſet. Nã neq; facundiæ oſtentatio rudi & indocto: neq; gloriæ cupido ruſtico & barbaro: neq; inceptio patrociniorum: capulari ſeni congruiſſet: niſi forte Emilianus ꝑ ſua ſeueritate exẽplum dedit: & ipſis maleficiis ifenſus: accuſatiõem iſtã: ꝑ morũ integritate ſuſcepit. Ac hoc ego Emiliano. nõ huic afro. ſed illi africano. & numantino & præterea cenſorio uix credidiſſem: ne huic frutici credam. nõ mõ odium peccatorũ: ſed ſaltẽ intellectũ ineſſe. Quid igitur ẽ. Cuius clare dilucet aliam rẽ inuidia nullam eẽ: quæ hũc & Herennĩũ Rufinũ ĩpulſarẽ huius de quo mox dicam: cæteroſque inimicos meos: ad nectendas magiæ calũnias prouocarit. Quĩque igit̃ res ſunt. quas me oportet diſputare. nã ſi ꝑbe memini quod ad Pudentillam attinet. hæc obiecere. Vna res eſt. qd nũq̃ eã uoluiſſe nubere poſt priorẽ maritũ. ſed meis carminibus coactã dixere. Altera res ẽ de epiſtolis eius. quam cõfeſſionem magiæ putant Deinde ſexageſimo anno ætatis. ad libidinem nupſiſſe. Quod in uilla ac non in oppido. tabulę nuptiales ſint conſignatę. tertio & quarto loco obiecere. Nouiſſima & eadẽ iuidioſiſſima criminatio de dote fuit. ibi omne uirus. totis uiribus adnixi effudere. ibi maxime angebantur. atque ita dixere me grandem dotem mox in principio coniunctionis noſtrę mulieri amanti. remotis arbitris in uilla extorſiſſe. Quę oĩa tam falſa. tã nihilitatã inania oſtẽdam. adeoque facile & ſine ulla controuerſia refutabo. ut mediuſfidius uerear maxime. qque in conſilio eſtis. ne demiſſum & ſubornatũ a me accuſatorem putetis. ut inuidiam meam reperta occaſione palam reſtinguerem. mihi credite: quod re ab ſe intelligetur. oppidoq; mihi laborandum eſt. ne tam friuolam accuſationem me potius callide excogitaſſe. q̃ illos ſtulte ſuſcepiſſe exiſtimetis. Nunc dum ordinem rei breuiter perſequor & efficio ut ipſe Emilianus recognoſcat. falſo ſe ad inuidiam meam inductum. & longe a uero aberraſſe. neceſſe habeat confiteri: quæſo ut

Repẽſare

Capularis senex

Oppidoq̃

adhuc feceritis: uel si quo magis etiam potestis: ipsum fontem & fundamētū mēdacii huiusce diligentissime cognoscatis. Aemilia pudentilla quæ nūc mihi uxor ē: ex quo dā Sicinio amico: q cū antea nupta fuerat: pontianū & Pudentem filios genuit: eosq; pupillos in potestate aui relictos paterni. nā superstite patre amicus decesserat. per annos fermæ quattuordecim memorabili pietate sedulo aluit. nō tamē libēter ī ipso ætatis suæ flore tam diu uidua. Sed puerorū auus: inuitam eā conciliare studebat alteri filio suo Sicinio claro: eoq; cæteros ꝓcos absterrebat. & præterea minabatur si extrario nupsisset: nihil se filiis eius ex paternis eorum bonis testamento relicturū: quā contionē cū obstinate ꝓpositam uideret mulier sapiēs: & egregie pia: ne quid filiis suis eo noīe ī cōmodaret. facit qdē tabulas nuptiales: cū quo uidebatur cū Sicinio claro ueq; enim uero uanis frustrationibus nuptias eludit: eo ad dum puerorū auus fato cōcessit: relictis filiis eius hæredibus: ita ut pontianus q maior natu erat: fratri suo tutor esset: Eo scrupulo liberata: cū a principibus uiris in matrimoniū peteretur: decreuit sibi diutius in uiduitate non ꝓmanēdū. qppe ut solitudinis tediū ꝓpeti posset: tamē ęgritudinem corporis ferre nō poterat: mulier sancte pudica: tot annis uiduitatis sine culpa: sine fabula: assuetudine coniugis torpens: & diutino situ uiscerum sautia: uitiatis intimis uteri: sæpe ad extremū uitæ discrimen doloribus obortis examinabatur: medici cum obstetricibus consentiebāt: penuria matrimonii morbū quæsitum malum ī dies augeri: ægritudinē ingraueſcere: dū ętatis aliquid supsit: nuptiis ualitudinē medicandum. Consilium istud cū alii approbant. tum maxime Emilianus iste: q̄ paulo prius confidētissimo mēdacio adseuerabat: nunq̄ de nuptiis pudentillam cogitasse: prius q̄ foret magicis malefitiis a me coacta: me solū repertum: q uiduitatem eius uelut quandā uirginitatem carminibus & uenenis uiolarem. Sæpe audiui non de nihilo dici mendacem memorem oportere. at tibi Emiliane non uenit in mentem priusquā ego aeeam uenirem: te litteras etiā uti nuberet: scripsisse ad filium eius pontianū: q tū adultus Romæ agebat: Cedo tu epistolam: uel potius da ipsi: legat: sua sibi uoce: suisq; uerbis sese reuincat. Est ne hæc tua epistola? quid palluisti? nam erubescere tu qui dēnō potes: ē ne tua ista subscriptio? Recita q̄so clarius: ut oēs intelligāt q̄ tū lingua eius manu discrepet. q̄ tumq; minor illi sit mecū: q̄ secū dissentio. C. Scripsisti ne hæc Emiliane q̄ lecta sunt? nubere illam uelle: & debere: scio: sed quem eligat: nescio. recte tu qdē nesciebas. V. Pudentilla enī tibi cuius īfestā malignitatē ꝓbenorat: de ipsa re tantū: cæterū de petitore nihil fatebat. at tu dū eā putas etiā nūc claro fratri tuo denuptura: falsa spe īductus: filio quoq; eius pontiano: autor assentiēdi fuisti. V. Igit̄ si clarο nupsisset: hōi rusticano & decrepito seni: sponte eā diceres sine ulla magia iam oli nupturisse. C. Quoniā iuuenē talem qualem dicitis. elegit. coactā fecisse ais. cæteq; semper nuptias aspnatā. nescisti īprobe epistolā tuam de ista re teneri. nescisti te tuo met testimonio conuinctū iri. quā tamē epistolā pudētilla testē & īdicē tuæ uolūtatis ut q̄ te leuē & mutabilē nec minus mēdacē. & īpudētē sciret. maluit retinere. q̄ mittere. Cæterū ipsa de ea re pontiano filio suo Romā scripsit. ēt causas consilii sui plene allegauit. Dixit illa omnia de ualitudine. nihil præterea esse. cur amplius deberet obdurare: Hæreditatem auitā longa uiduitate. cū despectu salutis suæ quæsisse. eādē sūma industria auxisse. iā deum uoluntate. ipsum uxori. fratrē eius uirili togæ idoneos esse. Tandem aliquādo se quoq; paterētur solitudini suæ. & ęgritudini subuenire. Cęterum de pietate sua. & suptęmo iudicio nihil metuerēt. qualis uidua eis fuerit. talem

Denuptura

Nupturisse

nuptam futuram. recitari iubebo exēplū epistolæ huius ad filium misse. Satis puto existis cuiuis liquere posse Pudentillam non meis carminibus ab obstinata uiduitate compulsam. sed olim sua sponte a nubendo nō alienā: me fortasse præ cæteris maluisse. quæ electio tam grauis fœminæ: cur mihi crimini potius q̄ honori danda sit: nō reperio: non nihil tamen miror quod Emilianus & Rufinus id iudiciū mulieris ægre ferant: cum ii qui Pudentillam in matrimoniū petiuerunt: æquo aio patiantur me sibi prælatū. Quod quidē illa ut faceret filio suo potius q̄ animo obsecuta ē. Ita factum: nec Emilianus poterit negare. Nam Pontianus acceptis litteris matris: cōfestim Romā aduolauit. metuens ne si quē auaę uię nacta esset. oia ut sæpe fit: in mariti domū cōferret. ea sollicitudo non mediocriter animū angebat: omnes illi fratriq; diuitiarum spes in facultatibus matris sitæ erant. Auus modicū reliquerat: mater sestertium quadragies possidebat. Ex quo sane aliquantā pecuniam. nullis tabulis: sed ut æquū erat mera fide acceptam filiis debebat. Hunc ille timorem mussitabat: aduersari ꝓpalam nō audebat: ne uideretur diffidere: cū in hoc statu res esset inter precationem matris & metū filii. forte ne an fato ego aduenio pergēs Alexādriā: dixissem hercule. qd' utinā nunquam euenisset. ni me uxoris meæ respectus prohiberet. hyems anni erat. ego ex fatigatiōe itineris aduect9. apud Appios ueteres amicos meos. quos honoris & amoris gratia nomino. aliquā multis diebus decumbo. Eo uenit ad me Pontianus. nā fuerat mihi nō ita pridē ante multos annos Athenis per quosdam communis amicos cōciliatus. & arto postea contubernio intime iunctus: facit omnia circa honorem meū obseruantur. circa salutem sollicite: circa amorem callide. quippe etenī uidebatur sibi peridoneū maritū matri repperisse. Cui bono piculo totā domus fortunā concederet. Ac primo quidē uoluntatem meā uerbis inuersis periclitabundus. quoniā meam uiæ cupidum & cōuersum ab uxoria re uidebat: orat saltē paulisper manere. uelle secū ꝓficisci. hyemem alterā ꝓp Syrtis æstus. & bestias operiēdā. qd illā mihi infirmitas exemisset. multis etiam precibus me ab amicis meis appius affert. ut sese in domum matris suæ trāsferat: salubriorē mihi habitationē futuram. Præterea prospectu matris qui mihi gratissimus est liberius me ex ea fruiturū. Hæc oia adnixus impenso studio persuadet: & matrem suam suumq; fratrē puerum istum mihi cōmēdat. nonnihil a me in communioribus studiis adiuuātur. Augetur oppido familiaritas: interibi reualesco. Differo aliquid postulantibus amicis: publice omnes qui aderant. igenti celebritate basilicam qui locus auditorii erat: complentes. inter alia plæraq; cōgruentissima uoce insigniter acclamant: petētes ut remanerē: fieremq; ciuis æensium. Mox auditorio misso: pontianus eo principio me adort9: consensum publice uocis pro diuino auspicio interpretatur: aperitque consilium sibi esse: si ego non nolim: matrem suam cui plurimi inhient. mecum coniungere. quoniam mihi soli ait rerum omnium confidere sese & credere. ut id onus recipiam. quoniam non formosa pupilla. sed mediocri facie mater liberorum mihi offeratur. si hæc reputans. formæ aut diuitiorū gratia. me ad aliam conditionē reseruarem. neq; pro amico. neq; ꝓ philosopho facturū. Nimis multa oratio est. si uelim memorare. quæ ego cōtra responderī. Quam diu & quotiens inter nos uerbigeratum sit. quot & qualibus precibus me adgressus. haud prius omiserit. q̄ denique impetrarit. nō quin ego pudentillā. iam anno ꝓpeti assiduo conuictu probe spectassem. & uirtutem eius dotes explorassem. sed utpote pegrinationis cupiens impedimentū matrimonii aliquantisper recusaueram. mox tamen ta

Mussitabat

Cōcrederet Periclitabundus

Interibi Reualesco

Verbigeratum Perpetim

lẽ fœminã nihilo segnius uolui: q̃ si ultro appetissem. persuaserat idẽ põtianus matri suæ ut me aliis oibus mallet: & quã primũ hæc perficere incredibili studio auebat: uix ab eo tãtã morã ꝑeramus. dũ prius ipse uxorẽ duceret: frater eius uirilis togæ usum auspicaretur. tunc deinde ut nos cõiungeremur. utinã Hercule possem: quæ deinde dicenda sunt: sine maximo causæ dispẽdio trãsgredi: ne pontiano: cui errorẽ suũ deprecanti simpliciter ignoui: uidear nũc leuitatẽ exprobare. Cõfiteor eni qd̃ mihi obiectũ est: eũ post q̃ uxorẽ duxerit: a cõspecta fide desciuisse: ac de repente ai mutatũ: qd̃ antea nimio studio festinarat: pari pertinacia ꝓhibitũ isse. Deniq; matrimonium nostrum ne coalesceret: quiduis pati: quis facere: paratũ fuisse. quãuis oĩs illa: tum animi fœda mutatio. & suscepta cõtra matrẽ simultas nõ ipsi uitio uortẽda sit. sed socero eius eccilli. Herennia Rufino: q unũ neminem in terris uiliorẽ se: aut iprobiorem aut inq̃natiorẽ reliq̃. Perpaucis hominẽ q̃ modestissime potero: necessario demonstrabo. Nisi oĩo de eo reticuero: opam ꝑdiderit: q; negociũ istud mihi ex summis uiribus cõflauit. Hic est eni pueruli huius ĩstigator: hic accusationis autor: hic aduocatorũ conductor: hic testiũ exemptor: hic totius calumniæ fornacula. hic Emiliani huius fax & flagellum: idq; apud oĩs intemperatissime gloriat̃: me suo machinatu reum postulatum. Et sane habet ĩ istis qd̃ sibi plaudat. ẽ. n. litiũ oĩum depector omnium falsoru cõmẽtator: oĩum simulationũ architectus: oĩum malorũ seminariũ: necnon idẽ libidinũ. ganearũ q; locus: lustrũ lupanar. Iã ide ab ineunte æuo cũctis ꝓbris palã notus. olim ĩ pueritia: priusquã isto caluitio deformaretur: emasculatoribus suis ad oĩa infanda morigerus. Mox iniuuentute saltandis fabulis: exossis plane & eneruis. sed ut audio indocta & rudi mollitia. Negatur. n. qcq̃ histriõis habuisse præter ĩ pudicitiam. In hac etiã ætate q̃ nũc est q istũ deperdiunt: multi sunt: bonos auribus præfãdus ẽ: domus eius tota lenonia: tota familia cõtaminata: ipse ꝓpudiosus. uxor lupa. filii similes ꝓrsus diebus ac noctibus ludibrio iuuẽtutis. ianua calcibus ꝓpulsata. fenestræ cãticis circũstrepitæ: tricliniũ cõmessatoribus inquetũ cubiculũ adulteris peruiũ. neq; eni ulli ad introeũdũ mœtus ẽ. nisi q preciũ marito nõ attulit. Ita ei lecti sui cõtumelia uectigalis ẽ. olim sollers suo: nũc cõiugis corpore. uulgo meret. cũ ipso pleriq; nec mẽtior cũ ipso inquã de uxoris noctibus paciscũtur. Iã illa inter uirũ & uxorẽ nota collusio: q amplã stipẽ mulieri detulerũt: nemo eos obseruat. Suo arbitratu ascẽdũt. q amores uenere signo dato ꝑ adulteris deprehendũtur. & q̃si ad discendũ uenerint: nõ prius abeunt q̃ aliqd scripserit. Quid. n. faciat hõ miser: ampluscula fortuna deuolutus. quã cũ fraude patris ex inopinato inuenerat. pater ei⁹ plurimis creditoribus defœneratus: maluit retinere pecuniã q̃ pudorẽ. nã eũ undiq; uersum tabulis flagitaretur: & quasi insanus ab hoibus obuiis teneretur. lex inquit negat posse dissoluere. annulos aureos & oĩa insignia dignitatis abiicit. Cum creditoribus depaciscitur. pleraq; tamẽ rei familiaris in nomẽ uxoris callidissima fraude confert. ipse egens: nudus. & ignominia sua tectus reliq̃t Rufino huic. nõ mẽtior. sestertiũ. xxx. deuorandũ. tãtũ enim ad eũ de bonis matris liberũ uenit. præter qd̃ ei uxor sua quottidianis dotibus q̃siuit. Quæ tũ omnia in paucis annis ita hic degulator studiose in uẽtrem condidit. & omnimodis cohircinationibus dilapidauit̃. ut crederes metuere. ne quid habere ex fraude paterna diceretur. homo iustus & merus dedit operam. quod male partũ erat. ut male periret. nec q̃cq̃ ei relictũ est ex largiore fortuna. præter ambitionẽ miseram & ꝓfundam gulam. Cæteq; uxoriam ꝓpe modũ uetula.

Fornacula

Depector

Emasculator

Exossis

Deperdiunt

Amplusculа

Defœnerat⁹

Cohircinationibus

Inuita mentū & effœta: totā domū cōtū melius abnuit. Filia autē p aduleſcentulos ditioros inuita- mēto matris ſuæ: neq; cq̄ circūlata: qbuſdā ēt ꝓcis ad expiundū ꝓmiſſa: niſi i facilita tē Pōtiani icidiſſet: fortaſſe an adhuc uidua: ante q̄ nupta: domi ſediſſet. Pontianus ei multū qdē dehortātib⁹ nobis nuptiaꝝ titulū falſum & imaginariū donauit: nō neſ- cius eā paulo ante q̄ duceret: a quodā hōeſtiſſimo iuuene: cui prius pacta fuerat. poſt ſacietatē derelictā. Venit igit̄ ad eū noua nupta. ſecura. & intrepida pudore diſpolia to. flore exoleto. flāmeo obſoleto uirgo rurſū poſt recens repudiū. nomē potius affe rens puellæ. q̄ integritatē. uectabatur octophoro. uidiſtis ꝓfecto q affuiſtis q̄ impro ba iuuenum circūſpectatrix. q̄ imodica fui oſtentatrix. Quis nō diſciplinam matris

Purpu riſſat⁹ Ternū tium Extra- rius

agnouit: cū in puella uideret imedicatū os & purpuriſſatas genas. & illices oculos. dos erat a creditore oīs ad ternūtiū pridie ſumpta. & qdem grādior. q̄ domus exhau ſta. & plena liberis poſtulabat. Sed enī iſte ut ē rei modicus. ſpei imodicus pari aua- ricia & egeſtate. totū pudentillæ quadragies præſumptione caſſo deuorarat. coq; me amoliendū ratus. quo facilius pontiani facilitatem. pudentillæ ſolitudinē circūueni ret. infit generū ſuum obiugare. q; matrem ſuam mihi deſponderat. ſuadet quam pri mū ex tanto piculo dum licet pedē referat. Res matris ipſe potius habeat. q̄ hoi ex-

Obfre natus

trario ſciens trāſmittat. ni ita faciat. iniicit ſcrupulū amāti aduleſcentulos. ueterator minatur ſe filiā abducturū. Quid multis. iuuenē ſimplicē præterea nouæ nuptæ ille cebris obfrenatū. ſuo arbitratu de uia deflectit. It ille ad matrē uerboꝝ Rufini geru-

Accen ſiſſe

l⁹. ſed neq cq̄ tēptata ei⁹ grauitate. ultro ipſe leuitatis & icōſtantiæ increpit⁹. reportat ad ſoceꝝ haud mollia. Matri ſuæ præter ingeniū placidiſſimū & imobile irā quoq; ſua

Aq̄rio

expoſtulatiōe accēſiſſe. nō mediocre ptinaciæ aduuuētū. Reſpōdiſſe eā denīq; nō clā ſe eē Rufini exoratione ſecū expoſtulari. eo uel magis ſibi auxilium mariti. aduerſum eius deſperatam auaritiam comparandum hiſce auditis. exarcebatus aquariolus iſte uxoris ſuæ ita ira extimuit ita exarſit furore ut in fœminam ſanctiſſimam & pudiciſ- ſimam præſente filio eius digna cubiculo ſuo diceret. A matricem eam me magum & ueneficum clamitaret multis audientibus. quos ſi uoles nominabo ſe mihi ſua manu mortem allaturum. Vix hercule poſſum ire moderari ingens īdignatio animo obo- ritur tu ne effœminatiſſime tua manu cuiquam uiro mortem minitaris. At qua tādē manu. Philomenæ an medeæ an Clitennęſtræ qua tamen conſultas tanta mollicia ai tanta formido ferri eſt ſine cludine ſaltas. Sed ne longius ab ordine digrediar. Puden tilla poſtq̄ filium uidet preter opinionem contra ſuam eſſe ſentētiā deprauatum. rus profecta ſcripſit ad eum obiurgandi gratia illas famoſiſſimas litteras. quibus ut iſti aiebant confeſſa eſt ſeſe mea magia in amorem inductam dementare quas tamen litte ras tabulario pontiani præſente & contra ſcribente Emiliano nudiuſtertius tuo iuſſu maxime teſtato deſcripſimus in quibus omnia cōtra drædicationem iſtorum pro me reperiuntur q̄q̄ etſi diſtrictius magum me dixiſſet poſſet uideri excuſabunda. ſe filio

Excu- ſabun da Epiſto lium

uium meam q̄ uoluntatem ſuam cauſari maluiſſe. an ſola phœdra falſum epiſtolium de amore commentata eſt. An non omnib⁹ mulieribus hæc arsuſitata eſt ut cum ali quid eiuſmodi uelle ceperunt malint coacte uideri. q; ſi aio etiam ita putauit me ma- gum eſſe iccirco ne magus habear quia hoc ſcripſit pudentilla. uos tot argumētis. tot teſtibus. tanta oratione magum me non ꝓbatis illa uno uerbo ꝓbaret. Et quanto tā dem grauius habendum eſt. quod in iudicio ſubſcribitur quam quod in epiſtola ſcri bitur. Quin tu meiſmet factis nō alienis uerbis reuincis. V. Cæterū eadem uia multi

rei cuiuſuis maleficii poſtulabuntur: ſi ratum futurum eſt: quod quiſq; ſepiſtola ſua uel amore uel odio cuiuſpiam ſcripſerit. Magum te ſcripſit pudentilla: igitur magus es. Quid ſi conſulem me ſcripſiſſet: conſul eſſem: quid enim ſi pictorem. ſi medicum quid deniq; ſi innocentem: nũ aliquod hoꝛ putares iccirco q; illa dixiſſet mihil ſcilicet: At qui piniuriũ eſt: ei fidem in peioribus habere: cui in melioribꝰ nõ haberes poſſe litteras eius ad pernicieẽ nõ poſſe ad ſalutẽ. Sed inquieti aĩ fuit: efflictim te amabat concedo interim. nun tamen omnes qui amantur: magi ſunt. ſi hoc forte qui amat ſcripſerit. Cedonunc quod pudentilla me in eo tempore non amabat. ſiquidem id foris ſcripſit. quod palã erat mihi obfuturũ. Poſtremo q̃d uis ſanã an inſanã fuiſſe dũ ſcriberet. ſanam dices. Nihil ergo erat magicis artibus paſſa. Inſanam reſpondebis: Neſciit ergo quid ſcripſerit eoq; ei fides nõ habenda eſt. ĩmo ẽt ſi fuiſſet inſana: inſanã ſe eſſe neſciſſet. Nã ut abſurde facit qui tacere ſe dicit: quod ibidem dicendo tacere ſeſe nõ tacet & ipſa ꝓfeſſione quod ꝓfitetur infirmat: ita uel magis hoc repugnat: Ego iſanio quod uerum non eſt: niſi ſciens dicit. porro ſanus eſt qui ſcit quid ſit inſania. qppe inſania ſcire ſe non poteſt. nõ magis q̃ cæcitas ſe uidere. Igitur pudẽtilla cõpos mẽtis ſe non putabat. poſſũ ſi uelim pluribus. Sed mitto dialecticam. ipſas litteras longe aliud clamantis: & quaſi dedita opera ad iudicium iſtud præparatas. & accommodatas recitabo. Accipe tu: & lege. Vſq; dum ego inter loquar ſubſtine puliſper quæ ſequuntur. nã & diuerticulũ rei uẽtum eſt. Adhuc enim maxime q̃tũ equidẽ aĩaduerti: nuſq; mulier magiam nominauit. ſed ordinem repetiuit eundẽ quem ego paulo prius longa uiduitate: de remedio ualitudinis: de uoluntate nubendi: de meis laudibus q̃s expontiano cognouerat: de ſuaſu ipſius ut mihi potiſſimum nuberet. Hæc uſq; adhuc lecta ſunt. ſupereſt ea pars epiſtolæ: quæ ſimiliter pro me ſcripta: in me metipſũ uertit cornua: ad expellẽdũ a me crimen magiæ: ſedulo omiſſa: mẽorabili laude Ruffini uice mutauit. & ultro contrariam mihi opinionem quorundã æenſiũ: quaſi mago quæſiuit. Multa fando maxime audiſti: & plura legendo didiciſti: non pauca experiendo cõperiſti. Sed enim uerſutiã tã inſidioſã tam admirabili ſcelere conflatam: negabis te unq̃ cognouiſſe quis palamedes: quis Siſiphas. quis deniq; Euribates aut phirimondas talem excogitaſſet. Omnes iſti quos nominaui. & ſi q̃ præterea fuerũt dolo memorãdi: ſi cum hac una Ruffini fallacia cõtendãtur. machi prorſus & bocho nes uidebũtur. Omirũ cõmẽtum. o ſubtilitas digna carcere. & robore. q̃s credat effici potuiſſe. ut quæ defenſio fuerat eadem manẽtibꝰ eiſdẽ litteris ĩ accuſatiõẽ trãſuerteretur. Eſt Hercule ĩcredibile. ſed hoc incredibile. q̃ ſit factũ ꝓbabo. Obiurgatio erat matris ad filium q̃ me talẽ uirũ. qualẽ ſibi prædicaſſet. nunc de Ruffini ſententia magum dictaret. Verba ipſa ad hunc modum ſe habebant.

Efflictum

Diuerticulũ

Bocho nes.

Illatenus

Hæc ipſa uerba Rufinus. quę greçe interpoſuit ſola excerpta & ab ordine ſuo ſeiugata quaſi cõfeſſionem mulieris circunferẽs & põtianũ per forum ductas uulgo oſtendebat ipſas mulieris litteras: illatenus qua dixi legendas præbebat cætera ſupra & infra ſcripta occultabat. Turpiora eẽ q̃ ut oſtẽderẽtur: dictitabat. Satis eſſe confeſſionem mulieris de magia cognoſci. Quid quæris. ueriſimile oĩbꝰ uiſũ. Quę purgandi mei gratia ſcripta erant eadẽ mihi ĩmanẽ inuidiã apud imperitos conſciuere. Turbabat ipurus hic in medio foro bacchabundus. epiſtolam ſæpe aperiens ꝓquiritabat. Apuleius magus dicit ipſa quæ ſentit & patitur q̃d uultis amplius. Nemo erat qui pro me ferret. ac ſi reſponderet. Totam ſodes epiſtolam ce-

